quis minus valet, *Salvator* autem, ut insuitatum Cicero vitavit, malutque dicere, *qui salutem dedit*, nimirum de eo si loquimur, qui afflictum genus humanum non in eodem statu servavit, sed à sempiterno interitu ad perpetuæ vitæ bona perduxit, quod & summi Dei Filius fecit, & facere solus potuit, necesse est, vel *Salvatorem* appellare, quod Græcè σωτὴρ dicitur, usurpato in re nova novo verbo, quod veteres quoque probarunt vel Ciceronis exemplo uti circumlocutione, & dicere, *is qui salutem dedit*. Quamquam circumscriptio, ut interdum non commoda solum, verum etiam necessaria videtur, sic iterata sæpius & dignitatem ammittit & satietatem parit.

a *Et congregaos de nationibus.*) Hier. & August. *a* alibi *de gentibus* מן הגוים *min haggoim*, ἐκ τῶν ἐθνῶν *Nationes*, & *gentes* גוים *goim*, ac *ethn* summuntur hic propriè ut Judæis opponuntur; quamvis nonnumquam comprehendant etiam Judæos, ut crebro annotavimus. In Paralipomenis extat, *& congregaos, & erete de gentibus*. Addi potuit *nos* in posteriori membro ורצילנו *vehatsilenu*. Abulensis *b* exponit id eos petere, qui fuerunt post captivitatem Babylonis, quia tunc Israelitæ dispersi sunt per multas gentes, & manserunt semper sic. Egimus de hac dispersione in Petri commentario *c*, & Actuum *d*, ubi alia protulimus de dispersione ista testimonia *e*.

Ut confiteamur nomini sancto tuo.) In Paralipomenis Græcè τοῦ αἰνεῖν τὸ ὄνομα σου τὸ ἅγιον, *ut laudemus nomen tuum sanctum*. Ad templum Jerosolymitanum convenire cupiunt, qui hic orant, uti ibi Deum laudibus & sacrificiis celebrent.

Et gloriemur in laude tua.) Hier. *& canamus laudem tuam*. Mendosè Hier. recitat Tirevetus, *& canamus laudantes te*, quia Hebraicè est להשתבח בתהלתך *lehisthabbeach bithhillatheccha*. Alii, *ut laudemus in laude tua*. *Laudare in laude Dei*, aut *laudem Dei*, est laudationis materiam Deum habere, illius laudem quærere, in illo uno gloriari, lætitiæ argumentum, cantusque sumere laudem Dei, laudare seipsum in Domino, ac se felicem prædicare, quod concedatur Deum laudare posse. In Paralipomenis, *& exultemus in carminibus tuis*, τὸ ἐγκαυχᾶσθαι ἐν τοῖς ὑμνοῦσί σε. Quamvis Hebræa non differant ab iis, quæ hic extant. Gloria tota in Dei laude debet consistere, nec partem decerpere nobis debemus cum Pharisæo *g*, ut admonet Bernardus *h*, quod est *in corde, & corde loqui* i, *& fraudare de pretio k, & ex dimidio barbam radere vestesque* veluti Dei *proscindere l*.

b *ibid.*

c *in 1. Pet. 11*
d *in cap. 2*
e *Ps. 146. 2*
Eze. 36. 8
Joan 11. 12
1. Paral. 16
35.

g *Luc. 18. 11*
h *serm. 3. in*
Cant.
i *psal. 11. 3*
k *Ezech. 13. 18*
l *2. Regul. 10. 4*

Vers. 48.) Benedictus Dominus Deus Israel à sæculo, & usque in sæculum, & dicet omnis populus fiat fiat.

Sensus loci.

SImili clausula terminantur psalmi 40. 65. 67. 71. 88, præsertim primus, & duo ultimi, in quibus est geminum *fiat*, & libri distincti operis istius finiuntur, sicut hic quarti. Solum hoc loco exprimitur, quod populus dicet, *fiat, fiat*; quod in Paralipomenis imperativè ponitur, *& dicat*. Quocirca non erit in explanatione hujus versus subsistendum.

Benedictus Dominus Deus Israel.) Chald. *benedictum nomen Domini Dei Israel*. Delectatur Paraphrastes ista phrasi, ut Dei nomen, vel verbum ponat pro Deo.

A sæculo, & usque in sæculum.) Hier. hic, & in Paralipomenis *m*, *ab æterno usque in æternum*. Chald. *à mundo hoc usque ad mundum venturum*, sic enim transtulit Interpres ille, usus voce עלמא *hhalema*, quam sumsit ex Hebræa עולם *hholam*, de qua egimus alias. Abulensis *n* rectè declarat, ut nec sit in Dei laude principium, nec finis, nimirum, quatenus ipsa ejus bonitas, & perfectiones omnes aliæ sunt in se, semperque fuerunt, & erunt dignæ omni benedictione, ac laude. Vel sensus est, ut sit imprecatio, qua optetur Deum semper, ac in æternum deinceps benedici in æternitatem, qua spiritus semel creati durabunt, quemadmodum ab æterno dignus fuit benedictione, & à longissimo tempore, ex quo creati sunt & alij postea homines extiterunt, laudatus, atq; benedictus fuit ab illis: *Ipsi gloria in sæcula sæculorum*, ait Apostolus *o*, & Ecclesia gloriam istam optat esse *sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum*.

m Mich. 4. 16. 36

n *ibidem*. In Dei laude nec principium nec finis est

o Rom. 11. 36

Et dicet omnis populus, fiat fiat.) Hier. *amen hallelujah* nam Hebraicè tantum semel est אמן *amen*, pro quo poni Asolet à LXX. γένοιτο *fiat*, & ab aliis interpretibus alia vocabula, ut alibi dixit; hic autem bis repetunt. *Hallelujah* autem in fine Psalmi collocavit idem Hier. ut & quidam codices Græci, quum potius pertinere videatur ad initium psalmi sequentis, ut jam diu ante monuimus. In Paralipomenis *p* legimus in imperativo: *Et dicat omnis populus, amen, & hymnum Domino*. Hebr. *& dicent omnis populus, amen, & laudet Dom.* בלהעם אמוהלוהוה ויאמרו *chol hahham umen vehallel lathovah vaumeru*. Prius monui de populo, qui vel disturus hæc dicatur, vel invitetur ut dicat, mentionem non fieri aliis in psalmis. Fallitur Agellius ibi esse *hallelujah*, & quamvis nunc in Hebræo textu psalmi ponatur ultimo loco, tamen non est verum aliud esse in principio sequentis. Qua de re satis multa priore psalmo diximus, & in aliis locis, quid sibi velit אמן *amen*, γένοιτο *fiat*. Assentior Agellio super bene dictionem recitati psalmi personuisse *amen* populi approbantis, idque insinuari ab Apostolo *q*: *Si benedixeris spiritu, qui supplet locum idiota, quomodo dicet amen?* Potest item tota sententia versus formulam continere laudandi Deum, usurpandam à cantoribus, populi approbatione subjecta: aut ipsemet David præsagiens exaudiendum se circa flagitatam à Deo salutem pro populo, utque illum congregaret, ac reduceret in patriam, laudat, benedicit, gratias agit Deo, addens populum id approbaturum, quum ista beneficia fuerit consecutus: Sic autem amen approbantis potius vim habet, quam optantis: optantis vero quoque rationem respectu eorum, qui psalmum illum legerint, vel recitaverint, vel legi recitarive audierint, antequam quod hic prædicitur compleatur. Mysticè interpretantur multi consentientem prædestinatorum ac beatorum Dei laudationem in ipsa beatitudine: vel in hac vita justorum, fideliumq; omnium, *ut unanimes, uno ore honorificent Deum*, *r & laudent eum omnes gentes, atque omnes populi* *s*. Ibi *in sæcula sæculorum laudabunt habitatores cælestis domus* *t*, absque cessatione, vel impedimento vel dissensione, & *dicent in templo* sublimi *omnes gloriam* *u*: hic quoad licet, æquamur statum illum felicem laude cordis, oris, operis, nihilque cogitando, loquendo, agendo quantum in nobis est, unde non laudetur Deus, ad eum cuncta referendo, & ad laudem, gloriamque ipsius. Nemo nisi fidelis, & cujus fidei respondeant opera, sincere, ac perfectè dicere potest, ac fideliter omnino אמן *amen*, quod vocabulum fidelitatem secum importat.

p *lib. 1. 16. 36*

q *1. Cor. 14. 16.*

Interpretatio mystica.

r *Rom. 15. 6.*
s *psal. 21. 9*
t *psal. 83. 5*
u *psal. 28. 9*

PSALMUS
CENTESIMUS SEXTUS.

Alleluja.

1. COnfitemini Domini quoniam bonus; quoniam in sæculum misericordia ejus.
2. Dicant qui redemti sunt à Domino, quos redemit de manu inimici, & de regionibus congregavit eos:
3. A Solis ortu, & occasu: Ab Aquilone, & mari.
4. Erraverunt in solitudine in inaquoso: viam civitatis habitaculi non invenerunt.
5. Esurientes, & sitientes: anima eorum in ipsis defecit.
6. Et clamaverunt ad Dominum quum tribularentur: & de necessitatibus eorum eripuit eos.
7. Et deduxit eos in viam rectam: ut irent in civitatem habitationis.
8. Confiteantur Domino misericordiæ ejus: & mirabilia ejus filiis hominum.
9. Quia satiavit animam inanem: & animam esurientem satiavit bonis.
10. Sedentes in tenebris, & umbra mortis vinctos in mendicitate, & ferro.

11. Quia

11. Quia exacerbaverunt eloquia Dei: & consilium Altissimi irritaverunt.
12. Et humiliatum est in laboribus cor eorum: & infirmati sunt, nec fuit qui adjuvaret.
13. Et clamaverunt ad Dominum quum tribularentur: & de necessitatibus eorum liberavit eos.
14. Et eduxit eos de tenebris, & umbra mortis: & vincula eorum disrupit.
15. Confiteantur Domino misericordiæ ejus: & mirabilia ejus filiis hominum.
16. Quia contrivit portas æreas: & vectes ferreos confregit.
17. Suscepit eos de via iniquitatis eorum: propter injustitias enim suas humiliati sunt.
18. Omnem escam abominata est anima eorum? & appropinquaverunt usque ad portas mortis.
19. Et clamaverunt ad Dominum quum tribularentur: & de necessitatibus eorum liberavit eos.
20. Misit verbum suum, & sanavit eos & eripuit eos de interioribus eorum.
21. Confiteantur Domino misericordiæ ejus; & mirabilia ejus filiis hominum.
22. Et sacrificent sacrificium laudis: & annuntient opera ejus in exultatione.
23. Qui descendunt mare in navibus, facientes operationem in aquis multis.
24. Ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia ejus in profundo.
25. Dixit, & stetit spiritus procellæ: & exaltati sunt fluctus ejus.
26. Ascendunt usque ad cœlos, & descendunt usque ad abyssos; anima eorum in malis tabescebat.
27. Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius; & omnis sapientia eorum devorata est.
28. Et clamaverunt ad Dominum quum tribularentur, & de necessitatibus eorum eduxit eos.
29. Et statuit procellam ejus in auram: & siluerunt fluctus ejus.
30. Et lætati sunt quia siluerunt: & deduxit eos in portum voluntatis eorum.
31. Confiteantur Domino misericordiæ ejus: & mirabilia ejus filiis hominum.
32. Et exaltent eum in Ecclesia plebis: & in cathedra seniorum laudet eum.
33. Posuit flumina in desertum: & exitus aquarum in sitim.
34. Terram fructiferam in salsuginem à malitia inhabitantium in ea.
35. Posuit desertum in stagna aquarum & terram sine aqua in exitus aquarum.
36. Et collocavit illic esurientes: & constituerunt civitatem habitationis,
37. Et seminaverunt agros, & plantaverunt vineas: & fecerunt fructum nativitatis.
38. Et benedixit eis: & multiplicata sunt nimis: & jumenta eorum non minoravit.
39. Et pauci facti sunt: & vexati sunt à tribulatione malorum, & dolore.
40. Effusa est contemtio super Principes: & errare fecit eos in invio, & non in via.
41. Et adjuvit pauperem de inopia: & posuit sicut oves familias.
42. Videbunt recti, & lætabuntur: & omnis iniquitas oppilabit os suum.
43. Quis sapiens, & custodiet hæc? & intelliget misericordias Domini.

Titulus, & Argumentum.

Alleluja.

SATIS de titulo dictum Psalmo 104. & Hebraicè unicum esse in fine præcedentis *Hallelujah*, quamvis Lyranus asserat hic in titulo collocari: in aliquibus Latinis codicibus duplex, apudque nonnullos Enarratores, ut apud Augustinum, & alios, Quod etiam eo spectare dicunt, ut à redemtis ex Gentili, & Judaico populo agantur gratiarum actiones Redemtori, cum canoro jubilo. Juxta mysticum saltem sensum recipi hoc potest sub typo Judaici populi, qui sub lege adhuc degens, tot à Deo accepit beneficia, antequam quod priore petebatur Psalmo, congregaretur de nationibus: tùm verò etiam quando ex captivitate Babylonica redemtus ac revocatus est. Ultimum Græci docent, Chrysostomus *a*, Basilius, seu Theodoretus, & indicat alius, qui gestat nomen Chrysostomi, insertus editis operibus ejusdem. Expressa certe hic mentio fit de illis, qui quum per loca deserta errarent, fame, sitimque tolerantes, ad sua demum domicilia, Dei auxilio, pervenerunt: item de liberatione ex carcere, atque compedibus; præterea ex morbis gravissimis, & ex maris fluctuumque periculis, post terræ verò sterilitatem, populique oppressionem, fertilem terram reddidit, multiplicavit populum, & exaltavit. Propter liberationem ab his quatuor malis corporalibus, quæ possunt esse communia toti humano generi, quamvis Hebræis evenerint, & multo magis, si spiritualiter accipiantur, quantum ad electos præsertim, quibus perfectè convenit, repetuntur quater duo versus. *Clamaverunt ad Dominum, quum tribularentur, & de necessitatibus eorum eripuit*, seu *liberavit*, aut *eduxit eos*, *Confiteantur Domino misericordiæ ejus, & mirabilia ejus filiis hominum*. Sic post miseriam aptè mox subjungitur medicinæ ratio, tumque Medici sanantis laudatio. Athanasius *b* collocat hunc Psalmum in eorum numero, qui confessionem, & *halleluja* continent; sed qui Latinum fecit Athanasium non fideliter exposuit, συμπεπλεγμένην τῇ ἐξομολογήσει, *admixtam supplicationem*. Nyssenus *c* receptam illam Psalmorum sectionem in quinque partes, libroive declarans, ac in primo adduci eos, qui improbe vivunt, ad meliora sectanda; in secundo ad sitim justitiæ accendi, & præsentiæ Dei, atque communionis; in tertio doceri quomodo justitia divini judicii in æqualitate hujus vitæ servetur; in quarto ut veluti tertium transeuntes cœlum, non amplius lege opus habere videantur, sed ipsis aliis legis Doctores sint, & explanatores; in hoc quinto, & ultimo ait agi de illis, qui ad supremum verticem, & celsissimum contemplationis gradum pervenerint, ac transvolaverint omnes tales araneolorum, hoc est, levia impedimenta deliciarum, honorum, gloriæ, cupiditatum; ita ut complementum, totaque summa contineatur, τῶν ἀνυμνούντων τὴν ἀκαταμάχητον καὶ ἀκαταβόλητον ἀνθρωπίνης σωτηρίας: tradi præterea hic multiplicem gratiam Dei adversus miserias multas: quas per peccatum nobis creavimus, ac proinde varias gratiarum agendarum suppeditari occasiones. Uno verbo Apollinarius complexus est cum Psalmi numero, ac titulo, argumentum,

ἄνεσιν δὲ δι' ἀληθείας βοηθείας τραπείσαν.

Sextus iste (Psalmus supra centesimum *alleluja auxiliorum exercituum*.

Titulus argum.

a *in catena*.

b *ad Marcellinum*.

c *trad. in Ps. 1. 5. 6. 7. 8*

Vers.

Vers. 1.] Confitemini Domino, quoniam bonus; quoniam sæculum misericordia ejus.

Sensus loci.

De hoc versu actum in primo præcedentis Psalmi, cum quo est plane idem, sicut & 117. atque 135. cum ultimo convenit, quoniam sæpius incunicatur invitatio ad confitendum, seu laudandum Dominum, & misericordias ejus. Nyssenus *a* interpretatur de confessione εὐχαριστίας, *gratiarum actionis*, non autem ἐξομολογήσεως, *pronuntiationis simplicis laudum divinarum*. Adde necesse sermonem de confessione peccatorum, nisi per sensū accommodationis. Ob solam bonitatem Deum glorificare David jubet, inquit idem Pater, & significat quidquid boni, & salutis à Deo mortalibus venit, id universum venire *gratia & bonitate* illius, Χάριτι καὶ ἀγαθότητι, quum in nobis nulla ejus accipiendi causa insit. Chrysostom. putatitius in commentario ait his verbis uti commodè posse qui res adversas sola Dei misericordia, & citra humanum auxilium effugerunt; misericordiam verò istam iis, qui temporarium aliquid, & caducum consecuti sunt, sempiternam: nempe quantum est ex conditione ipsius misericordiæ, ac nisi per nos iteret.

a tract. 1. in Psal. cap. 8

Confitemini Domino.) Chaldaicè, *laudate*, seu *glorificate*, שבחו *sciabachu*, sicut Psalmo priore, atq; 104. quod satis ibi, alibique declaratum est: & quot modis confessio accipiatur, nempe peccatorum, fidei, laudis, gratiarum actionis. Explicat de confessione laudis, & peccatorum Hugo.

Quoniam bonus.) Benignus, suavis, dulcis, commodus, utilis Χρηστὸς μείλιχος &c. ut eodem illo Psalmo 105. docui. Legit hoc loco Augustinus, *quam suavis est*, nec non Prosper, & vetus Psalterium. (Si gustastis, ait Augustinus, confiteminiz non potest conditori, qui gustare noluit. Unde enim discturus est suavetesse, quod nescit? Vos si gustastis, quam suavis est Dominus, confitemini, Domino, quoniam suavis est; si gustatis aviditate, confessione eructate.)

Quoniam in sæculum misericordia ejus.) *In æternum*, alii, eodem sensu, ut eodem Ps. 105. dixi. (Misericordia Dei, inquit August. non est ad tempus, & non in æternūsquum ideò sit super homines hæc ejus misericordia, ut vivant cum Angelis in æternum.) Hugo moraliter agendo, *misericordiam in sæculum* dici vult, non *post sæculum* quia quamdiu durat sæculi miseria, durat Dei misericordia: quum autem homo sublatus est post mortem de sæculo, jam non invenit misericordiam. Aliquo tamen modo spectari misericordiam Dei etiam post mortem, alibi docui.

Vers. 2.) Dicant qui redemti sunt à Domino, quos redemit de manu inimici, & de regionibus congregavit eos.

Vers. 3.) A Solis ortu, & occasu, ab Aquilone, & mari.

Sensus loci.

Videtur hæc materia in genere Psalmi totius, & confessionis, ac laudis: ad quam David omnes invitavit; nimirum, ut quotquot sunt Dei misericordias experti, & quam sit bonus, dicant, evulgent, prædicent, dilaudent ipsum, præsertim verò hi, qui quum essent per Orbem universum dispersi, divino sunt beneficio de hostium e fepti manibus, ac ex tot & adeò diversis dissitiū; locis reducti, atque perducti in propriam regionem, sive in patriam, in promissam terram, in cœtum, congregationem, synagogam, Ecclesiam unam. Convenit hoc Hebræis non tantum ex Ægypto liberatis, & deinceps de variis regionum hostibus antè Davidis ætatem, eoque vivente, sed etiam longè postea, quum in Babylonem, & alio abducti sunt, & inde redemti, ac liberati. Sublimiore intelligentia multo verior, dignior divinior humani generis redemtio; sanguine unigeniti Filii Dei facta: *In ipso enim habemus redemtionem per sanguinem ejus* b, & *dedit ipse semetipsum redemtionem pro nobis* c: de manu potentissimi inimici, *à quo captivi* omnes *tenebamur ad ipsius voluntatem* d, ut in unum ovile, populum fidelem, Ecclesiam, regnum ejusdem filii dilectionis Dei congregati, *& sint timore eo modo liberati, serviant illi in sanctitate, & justitia coram ipso omnibus diebus suis* e. *Redemtionis* mentio & *congregationis* à quatuor mundi partibus, nonnullos movit, ut litteraliter negarent hæc aliter exponi posse, quam de redemtione per sanguinem Christi, deque omni Ecclesia. Satisfaciunt Lyranus A & Avguanus, concedendo sub Hebræorum dicto typo intelligi, & comprehendi meliorem, ac spiritualem redemtionem: nec insolens esse redemtione de temporali, externaq; sumi, ut apud Elisam *f*, *Redemi te, & vocavi te nomine tuo, servus meus es tu*: & apud Oseam *g*, *de manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos*: & sæpius in aliis psalmis *h*, Hebræos verò per mundi partes dispersos fuisse non secundùm omnem quidem positionem absolutè, tamen secundùm omnem terrarum in circuitu terræ promissionis existentium. Perfectum, ait Nyssenus, consummatumque humani generis ad meliorem frugem reditum oratio pollicetur: *redemtio* enim reductionem ex ca, tivitate significat. Tùm declarat quod pretium dederit Deus redemtionis seipsum pro iis, qui à morte capti tenebātur, & quidem dederit illi qui in mortem τῷ πράτῳ potestatem quam dam, & jus habebat. Denique docet, quadripartito, secundùm situm Orbe terrarum divisio, *nullam partem redemtionis expertem mansisse*, οὐδὲν μέρος τῆς διὰ σαρκὸς λυτρώσεως ἄμοιρον.

f cap. 43. 1.
g cap. 13. 14
h Ps. 7. 3. Ps. 25. 11. Ps. 50. 6. Ps. 88. 13. Ps. 98. 3. Ps. 49. 22. Ps. 54. 19. Ps. 70. 23. Ps. 71. 14. Ps. 75. 2. Ps. 76. 16. Ps. 77. 42. Ps. 102. 9. Ps. 105. 10

Dicant qui redemti sunt à Domino, quos redemit de manu inimici.) *Hostem* reddidit Hieronymus. Alii, *molestantem, tribulantem, affligentem, opprimentem*, aut *afflictionem tribulationem, molestiam*. Vetus Psalterium August. Prosper, Gaudentius Brixiensis *i*, & alibi Hieron. *k*, *de manu inimicorum*. Arnobius, *de manibus inimicorum*. Romanum Psalterium, Cassiodorus, idem Gaudentius, & Hugo, *dicunt nunc*. Horatur omnes Propheta dicere, & prædicare beneficia divina; & quod priore versu præcessit, *quoniam Dominus bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus*, ut scilicet hoc dicant Domino ipsi, & præterea omnibus aliis, Dominum laudando, & celebrando. Hoc pacto Gaudentius Brixiensis ad redemtos à Christo applicans, videtur intelligere. *Nunc dicant*, ait *omnes qui redimuntur à Domino, quos redemit de manu inimicorum, & de regionibus congregavit eos à Solis ortu, & occasu, ab Aquilone, & mari; quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus*. Exponendo etiam de redemtione Christi, duplex loquendi modus de redemtis ab eo, & illis, quo redemit, licet idem significare, possit, nihilominus potest quoq; indicare diversos redemtionis gradus, alterum, quo Christus intelligatur dedisse redemtionem pro omnibus, & illum esse propitiationem pro totius mundi peccatis: alterum, quo propria quadam & singulari ratione jam re ipsa redemti dicantur, quantū ad remissionem peccatorum, liberationem à misera servitute illorum, & diaboli, à reatu pœnæ æternæ, & consecuti gratiam, usque ad beatitudinem æternam. Quæ aliter dici tolet redemtio quoad sufficientiam, & quoad applicationem, ac efficaciam. Nam ut scribit Prosper *l*, quum per unam omnium naturam, & omnium causam à Domino nostro in veritate suiceptam redemti omnes rectè dicantur, non tamen omnes à captivitate sint eruti; redemtionis proprietas haud dubium penes illos est, de quibus Princeps hujus mundi missus est foras, & jam non ysta diaboli; sed membra sunt Christi. (Non potes gratias agere, ait Bernar. *m* Petro Abailardo, cum redemtis qui redemtus non es:) negabat enim Filiū Dei, ut hominem liberaret, carnem assumsisse (nam si redemtus esses: Redemtorem agnoscerès, & non negares redemtionem. Nec quærit redimi, qui se nescit captivum. Qui autem scierunt, *clamaverunt ad Dominum, & Dominus exaudivit eos, & redemit eos de manu inimici, de regionibus congregavit eos* n.) Tùm profert Caiphæ nescientis quid diceret, Prophetiam de *moriturò Christo pro gente*, & *ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum* o. (Non congregaret, inquit, nisi redimeret; erant enim non solum dispersi, sed & captivi.) Notat præterea hic dici non *de manu inimicorum*, (licèt ita nonnullos legere notaverim) sed *inimici*: & subdit, (Inimicus unus, regiones multæ.) Hunc unum ait tam potentem Dominum, qui non uni præfuit regioni, sed omnibus in ortu, occasu, aquilone, mari non alium esse, quam qui dicitur *absorbere fluvium* p, idest, genus humanum, *& non mirari, habere autem fiduciam, quod & Jordanis*, hoc est electio ipsa: *influat in os ejus*. Arnobius argumentatur contra Novatianum, dicentem, qui adhuc non sunt redemti, posse ad indulgentiam per pœnitentiam pervenire, (Nos dicimus, inquit, illos per fidem solam ad indulgentiam attingere, idest, per Sacramentum Baptismi, qui peculiariter denominatur Sacramentum fidei, nec requirit per se necessario pœnitentiam talem, qualis requiritur à jam baptizatis, qui tamen etiam aliquam debent habere

i tract. 2. in Mich. cap. 5
l lib. quæstionum ad Orosium cap. 1
m epist. 190
Abailardi error.
n Ps. 106. 3
o Joan. 11. 52
p Job. 40. 18
Novatiani error. Baptismus non requirit necessario pœnitentiam talem qualis requiritur à baptizatis.

habere *a*: justos autem, qui jam redemti sunt, non per A fidem solam, sed per pœnitentiam pervenire ad misericordiam Redemtoris.) Aliam Hugo colligit tropologiam adversus illos, qui postquam confessi sunt semel, nolunt amplius confiteri, quum tamen omnis homo etiam post peractam pœnitentiam se peccatorem debeat confiteri, & dicere peccata sua. Perpendit item in *redimendi* verbo, quod est iterum emere, nos primum *emtos pretio magno* à Christo *b* patiente, agente; pœnitentiam in nobis, ipsis, idest pro nobis ipsis, debere ab eodem redimi, seu iterum emi, per propriam pœnam & laborem nostrum.

a Aug. 18. Tropologia. Hom. post peractam pœnitentiā se peccatorem non debet confiteri.
b 3. Cap. 6. 19

Et de regionibus congregavit eos.) Hieron. *& de terris congregavit eos* καὶ ἐκ τῶν χωρῶν συνήγαγεν αὐτούς, וּמֵאֲרָצוֹת *umerat seth kibbetsam*. Hoc est, quod percebatur præcedente psalmo *c*, *Salvos fac nos, Domine Deus noster, & congrega nos de nationibus, ut confiteamur nomini tuo sanctio*, &c. Pro complemento istius petitionis aguntur nunc gratiæ. Simile promissum Dei apud Jeremiam *d*, *Reducam captivitatem vestram, & congregabo vos de universis gentibus, & de cunctis locis: ad quæ expulit vos, & reverti B vos faciam de loco, ad quem transmigrare vos feci*. Et apud Esaiam *e*, *Levabit Dominus signum in nationibus, & congregabit profugos Israel, & dispersos Juda colliget à quatuor plagis terræ*. Item *f*, *Ab Oriente adducam semen tuum, & ab Occidente congregabo te: dicam Aquilonī, da; & Austro, noli prohibere, affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ*. Denique, omissis aliis, *g* *Ecce isti de longè venient, ecce illi ab Aquilone, & mari, & isti de terra Australi*. h, Diversas regiones interpretatur Hugo moraliter diversa vitia, per quæ diabolus peccatores dispergit, quosdam per Ægypti infidelitatem, alios per ferociam Chaldæorum, nonnullos per luxuriam incestumque Moabitarum, aliquos per iram Ammonitarum vel superbiam Syrorum, & sic de aliis. Ex notationibus, vocabulorum Auctor hic derivat vitiorū formas. Sed scriptori, & concionatori cavendum, ne in simili argumento nationum vitia notans, illas offendere meritò videatur. Quamquam negari non possit aliquas ad aliqua proniores esse, singulos tamen studio, & diligentiæ imperare sibi posse, ac ubivis, & quævis saltem apud aliquos vitia locum habere, nec ullo in loco deesse omni genere virtutum excultos, præsertim post illatum Evangelii lumen, atque introductum Sacramentorū Evangelicorum usum; quoniam apud Deum, & Christum, cujus Ecclesia est Catholica, non est Gentilis, & Judæus, circumcisio, & præputium, barbarus, & Scytha, servus, & liber; sed omnia, & in omnibus Christus *i*, item non est distinctio Judæi, & Græci: nam idem Dominus omnium, dives in omnes, qui invocant illum *k*: postremò non est Judæus neque Græcus, non est servus, neque liber, non est masculus, neque fœmina; omnes enim nos unum sumus in Christo. Indigna Christiano in diversārum nationum hominibus προσωποληψία. Nescit Religio nostra, inquit Hieron. *m*, personas accipere, nec conditiones hominum, sed animos inspicit singulorum. Jacobus admonet *n*, ne in personarum acceptione habeamus fidem Domini nostri Jesu Christi gloriæ: quem locum urget ad idem propositum Augustinus *n*.

c verse 47
d cap. 19. 14
e cap. 11. 14
f cap. 43. 5
g cap. 49. 12
h Ez. 9. 19. 25
i Colos. 3. 11
k Rom. 10. 11
l Gal. 3. 28
m ep. 14. ad Gaudentiam
n cap. 2. 1
n epist. 29. ad Hieron.

A Solis ortu, & occasu; ab Aquilone, & mari.) Chald. pro *mari* habetur *regione Austri*. Hieron. *ab Oriente, & Occidente*, &c. Vetus Psalt., August., Prosper, *ab Oriente, & Occasu*, &c. Interpres addidit hoc loco nomen *solis* ad ortum, quæ Græcè pluraliter vocantur ἀνατολαί. Hebraicè in singulari מזרח *mizraeh*, interdum ex primitur quoque in Hebræo, Græcoq; textu *o*. Notæ sunt: hæ quatuor cœli plagæ, & earum respectu orbis etiam habitabilis, de quibus nonnil actum, ut ad cœlum spectant in ps. 102. *p* præsertim secundùm distantia Ortus, & Occasus. *Maris* verò nomen usurpant Scripturæ pro meridie *q*. Observat Genebrardus pro meridie *mare* sumi, videlicet quod absolutè, & κατ' ἐξοχὴν sic nominatur *mare Oceanum*, quia versus meridiem locus ejus est, ac zona temperata alterius hemisphærii universa ferrè occupatur illo mari. Refert etiam per *mare* intelligi meridiem, ut est mare rubrum, quod alio in psalmo *r* absque addito vocatur *mare*: illud autem esse situm ad Judææ meridiem; & solere Scripturam pro situ terræ sanctæ regiones mundi numerare. Docet denique cum Hieronymo, *s* (addi potest Augustinus *t*) accipi *mare* pro Occidente *u* quoniam Palæstinæ regio ita dispositа est, ut habeat mare in Occidentali plaga: hoc autem pacto intelligi debere *mare Mediterraneum*, quod & *Magnum* appellatur *x* per comparationem non Oceani, sed aliorum marium Judææ confinium, Adjice vocari quoque *mare Ægyptiacum*, quoniam alluit Ægyptum, & Nilum recipit, & ambit ab Occidente terram sanctam. Vocant id etiam *mare novissimum* nempe respectu *maris mortui*, quod *mare mortuum* situm ad Judææ Orientalem partem *primum* dicitus, nec non *Orientale, & salsum* seu *salis*, ac *salinarum*, item *deserti*, atque *solitudinis*, postremò *Sodomiticum*, aut *lacus Asphaltitis*, hoc est, *bituminis*. In Genesi *y* quod legimus *ad Aquilonem, & meridiem, ad Orientem, & Occidentem*, pro *Occidente* ponitur ימה *jammah* & θαλασσα, *mare*. In Deuteronomio *z* *mare*, ac *meridies* distinctè exprimuntur ים וּדרום *jam vedarom*, θαλασσα, καὶ νότος. Paraphrastes citatus *regionem Austri* transtulit hic pro *mari*, quia Auster meridionalis ventus oppositus Aquilonari, ex mari oritur Oceano, sive ex ea parte, ubi illud est. Is, quem appellant Hieron. Auctorem Psalmorum commentarii docet hoc loco *mare* sumi pro *Occidente*, ac bis nominari *Occidentem*, semperque ubi *mare* audimus, secundùm climata, *Occidens* intelligi: nec hic *Notum*, sive *Austrum* nominari, quoniam per *Austrum*, unde venturum Christum, idest, nasciturum, prædixit Abacuc quum Bethlehem à sicu Jerusalem, in Austro sit posita. Judæus populus insinuatur, qui non scribitur in hoc psalmo vocandus, sed tantum Gentilis, Varlenius assentitur. Hoc ipsum minus probabile est, repugnatque ceterorum opinioni, cum distinctis aliis climatibus ipse ubi bis idem, ut sint solum tria. Concedi potest cum Cassiodoro, variis in locis accipi posse *mare* pro qualibet mundi parte quia terrā ambit, ut alibi quoque notavi Mystice Hugo interpretatur quatuor istas mundi partes, à quibus Deus congregat, præsumtionem, quæ quandoque etiam de bono oritur, desperationem, adversitatem, prosperitatem, quæ multis amaritudinibus respersa est. Vel ingressum hominis in mundum, mortem, infernum, paradisum, à quibus idest, per quorum considerationem congregantur homines ad Deum: vel adolescentiam, senium, sive mortem, senectutem, ætatem dissolutam, de quarum qualibet congregat Dominus. Eadem ferè sunt in Avguano. Remigius in *Ortu* Judaicum populum asserit indicari, cui per legalia instituta, & prophetica dicta Sol justitiæ ortus est: in *Occasu* Gentilem, apud quem semper fuit. Occasus rursus eumdem populū Gentilem in *Aquilone*, ob frigus peccati, & in *mari* propter amaritudinem mentis. Pampolitanus *regiones* interpretatur sectas diversas; *Ortum*, prosperitatem, *Occasum* adversitatem: *Aquilonem* infidelitatem, *mare* libidinem, & iniquitatem. Ex enumeratione omnū mundi partiū probabiliter colligi potest hanc generalem cōgregationem de Ecclesia Catholica ex Orbe toto congregata intelligi; sed hoc adeò evidenter inferri, ut de Judaris non intelligatur ad litteram, ut velle Cassiodorus videtur, & contendit Varlenius, non consentio. Ut nec putato Hieronymo, quem paullò antè retuli à vocatione ad Ecclesiam affirmare Judæos excludi hoc loco,

o Isai. 49. 12. 31. 3
p verse 14
Maris nomē pro meridie in Scripturis usurpatur.
q Ex. 26. 30
Psal. 88. 13
Es. 49. 14
2 Ps. 113. 4
In Ezech. c. 47. & in ps. Heir. in c. 13 Gen. hom. 4. *Cyrus* cap. 51. *Maris mediterranei varia nomina*.
r Num. 13. 8
Jesus 18. 14
Ez. 4. 11. 14
s Num. 34. 5
t 87. & alibi.
x 2. 13. & 1
y cap. 13. 13
z cap. 4. 5

Vers. 4.) Erraverunt in solitudine in inaquoso; viam civitatis habitaculi non invenerunt.

Vers. 5.) Esurientes, & sitientes, anima eorum in ipsis defecit.

Vers. 6.) Et clamaverunt ad Dominum quum tribularentur, & de necessitatibus eorum eripuit eos.

Vers. 7.) Et deduxit eos in viam rectam, ut irent, in civitatem habitationis.

Vers. 8.) Confiteantur Domino misericordiæ ejus, & mirabilia ejus filiis hominum.

Vers. 9.) Quia satiavit animam inanem, & animam esurientem satiavit bonis.

Sensus loci.

Ex humanis miseriis præsertim quatuor, quas homines patiuntur in corpore, quibusq; respondere monui hoc in ps. versus duos totidem vicibus repetitos, prima est *fames, ac sitis*: quæ proveniunt ex terræ sterilitate, vel penuria pluviæ. Miseriam istam passi sunt in deserto Hebræi, errantes per invia, & inaquosa, ubi nec aquæ suppe-

suppetebant, nec escæ, ita ut interdum viderentur defi- A pro errore à veritate; negant quoque Hebræos dicendos cere. Sed quando deficiente humano auxilio recurrerunt ad Deum cum clamore supplici; præbuit ille auxilium, atque de gravi necessitate liberavit, suppeditando potum, & cibum, ac ostendendo ipsis viam rectam, ipsosq; in ea deducendo; ut pervenirent ad fixam, & commodâ habitationem, sive ad civitates, in quibus vitæ humanæ necessariæ, commodaque solent esse, Inde concludit vere dignum & justum esse, ut hæc ipsa tanta beneficia, adeoque mirifica, exhibita tam misericorditer dominibus à Deo, Deo confiteantur laudem, & illum celebrent apud omnes; & ita cognoscantur, atque prædicentur ab omnibus, quia non tunc hi, qui ea perceperunt, idonei, & sufficientes, ad gratias Deo dignas referendum, sed cunctos ut idem secum faciant invitare debent; eam (scilicet, inquam, potissimum ob causam, quod ratione mirabili, paraverit a limoniam in solitudine, qua homine jejunos valdeque lameicentes reficeret, pasceret, recrearet, satiaret, nimirum aqua de rupibus extracta, coturnicibus peregrè advectis, manna manibus veluti angelicis confecto. Similes providentiæ suæ Deus effectus nonnumquam erga alios similem tolerantes necessitatem, sine dubio demonstrat: & dicto Hebræorum exemplo probare, ac persuadere omnibus Davidem velle credi potest, ut discant in eum sperare, & opem ejus quum opus est, fidenter implorare. Ab eadem verò divina providentia & cura circa res temporales, duci argumentum potest ad spirituales, quemadmodum argumentatus est Christus *a*, *Si ergo vos, quum sitis mali nostris bona data* (à Deo) *dare filiis vestris*, (panem, piscem, ovum,) *quanto magis Pater vester de cœlo dabit Spiritum bonum petentibus se?* Errabat genus humanum ignorantia salutis suæ, in hoc exilio, nec viam, quæ deduceret ad civitatis cœlestis, ac beatæ habitationem sciebat: laborabat penuria nutrimenti divini, quò capax Dei, Deum caperet, gustaretque donec ille ipse, qui *via est* b, & *panis vitæ*, huc de cœlo descendit, ut in viam reduceret fidei, & veritatis, atque cognitionis illius, & semetipso nostram esuriem, sitimque justitiæ impleret, ut saturaret *c*, *cibans panevita, & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potans* d.

Mysticus iste sensus secundùm allegoriam nonnullis Græci, ut Euthymio, Nicephoro, Blemmidæ, Basilio, C Chrysostomo, Theodoreto, item Cyrillo Alexandrino, *e* ac Latinis fere probatur, paucis mutatis, quæ seorsim attingentur. Quocirca Nyssenum *f* non audio, scribentem perspicuum esse, quod Propheta neque *cibi* nomine panem, neque *potus* nomine aquam indicavit. Sed ipsummet Dominum, qui se grata vice præbuerit cibum spiritualem esurientibus, & fontem sitientibus. Dona gratiæ ista sunt, atque Sacramenta; ex quibus Eucharistia cibi rationem propria magis ratione habet. Quamvis autem sub externis speciebus corpus Christi contineat, quia tamen spiritualì quodam modo, & verba, quibus instituta est id fac ramentum, *Spiritus*, & *vita sunt* g, idest, intelligi debet spiritualiter, & secundùm rationem spiritualis purissimum effectus, dicitur absolutè *spiritualis cibus*. Chrysostomus, Basilius, vel Theodoretus, hæc omnia etiam de Judæis accipiunt in captivitate Babylonica constitutis dumque reverterentur ex illa, sed figurato quodam sermone: tunc enim Judæos magna ex parte aberravisse à Deo, ac spirituali irrigatione privatos D fuisse, *famemque verbi Dei* passos esse *h* destitutos Sacerdotibus, & cultu legitimo.

Erraverunt in solitudine, in inaquoso.) Hieron, pro ultimis verbis habet, *in deserta via*. Alii, *in deserto, in solitudine, à via, vel in deserto, in via non trita*, vel, *in deserto & in via*, vel, *erraverunt in solitudine viam*, vel, *in deserto, & in desolata via*. Vocabulo ישימון *iesimon*, & ἀνύδρῳ & *inaquoso* jam prius *i* occurrerunt; & cum *inaquoso* ἀνύδρῳ semel צִיָּה *tsiiah* k, semel duæ dictiones בְּלִי מָיִם *beli mim*, *non aqua*. Vertit idem Hieronymus *l* alibi, *in deserto*, & *in inaquoso*. R. Ataia citatus à Genebrardo, exponit de populo egresso ex Ægypto, & vagante per deserta Seracenica, seu Arabica, in quibus aridæ arenæ, aqua nulla, nullum oppidum. Idem habet Paraphrastes in textu, atque translatione Nebiensis. Consentit Ayguanus, Basilius, vel Theodoretus, & Chrysostomus etiam de tempore captivitatis Babylonicæ, sed sensu quodam mystico, aut sermone figurato, quem antea indicavimus. Errorem propriè sumtum nullum legimus de Judæis illo tempore, aut in reditu ex captivitate. Qui etiam solam agnoscunt hic figuratam orationem, vel allegoriâ errare in egressu ex Ægypto, quâ dux eorum Deus erat per Angelum, & columnas. Nisi fortè dicantur erraffe, inquit Trevetus, quia circumducebantur non per viam rectam; licèt non ex ignorantia, sed de industria. Errare dicimus eos etiam qui peregrinantur, & varia obeunt regiones, quamvis scientes, & prudentes, certoq; ac destinato consilio. Unde Ulyssis errores, & planetæ in cœlo ἀπὸ τῆς πλανᾶσθαι, quod verbum hic extat. Extendunt alii hanc, sicut & aliàs calamitates hic numeratas, ad quoslibet, qui eas patientes, ab illis Dei beneficio liberantur. Exemplum fuit in Ismaele puero; qui in solitudine præsiti propinquans ad mortem, divinitus aqua indicata liberatus est *m*. Juxta mysticum sensum, de quo diximus, error præcipuè convenit Gentilibus, qui in Dei versabantur ignoratione, ac turpissimis laboraban t erroribus, moribusq; planè steriles, & jejuni à cognitione, operibusq; pietatis. De finibus bonorum, malorumq; quam multa, quamque discrepantia Philosophi desseruerint, refert August, *n*, nimis verò longum esset per innumerabiles eorumdem errores veluti errare, ut vel enumerentur dumtaxat: Major Judæorum culpa, qui veram de Deo notionem habebant; & legem ab eodem sanctam acceperant. Bernardi *o* alia tropologia est, multos filiorum Adam errare in solitudine, & in solitudinem superbiæ recedendo, socialem vitam habere, nolle, nec eorum singularitatem associari posse: *in inaquoso* autem, quia nullo imbre lacrymarum compuncti, in terra sterili, & arenti, perpetua siccitate morantur: propterea civitatem habitaculi non invenisse, quia inveterati, in terra aliena, coinquinati sunt cum mortuis, deputati cum his, qui in inferno sunt; nõ ita fuisse solitarium, de quo Jeremias *p*; *bonum est viro quum portaverit jugum ab adolescentia sua, sedebit solitarius, & tacebit, quia levavit se supra se*: illos erravisse, sed istum sesturum semper, & quidem solitarium, quum habuerit honorem singularitatis (idest singularem) atque tacturum à strepitu diabolicarum suggestionum, à strepitu carnalium desiderionum, à strepitu mundi. Adjice errare in solitudine omne qui se segregat à vita, & conversatione sanctorum: q non invenire civitatem, qui nusquam reperit verâ animi pacem in peccatis et furire, ob privationem corporis, & doctrinæ Domini: fitire, carentes fonte Spiritus sancti, gratiæ, qui *salit in vitam æternam* r. Hieron. explanans Ecclesiastem *s*, labor stultorum affligit eos, qui nesciunt ire in civitatem, de propriè dictis stultis, ac imprudentibus, vel generaliter de omnibus, qui ignorant Deum, vel specialiter de hæreticis disputationibus, in quibus per catachresim includitetiam philolophicas Zenonis, Carneadis, Aristotelis, Platonis, qui veritatem quidem omni studio quæsierunt, sed quia non habuerunt ducem & prævium itineris, & humanis sensibus rati sunt se comprehendere posse sapientiam, ad civitatem minimè pervenerunt, idest, ad Ecclesiam, hæc, inquam, quum circa Ecclesiastæ dixisset locum, confirmat istius nostri testimonio. *Omnes nos quasi oves erravimus* t, quærendi *sicut ovis quæ periit*, u *similes terra sine aqua* x, *Erraverunt greges mei*, ait Deus *y in cunctis montibus, & universo colle excelso, & super omni faciem terræ dispersi sunt greges mei*. Pollicetur seipsum more pastoris visitaturum, requisiturum, liberaturũ greges, & oves suscitaturum super eas pastorem unum qui pascat eas servum suum David, hoc est, Christum: Christus ipse pastorem se nominat z, *& inventam ovem imposuit in humeros suos gaudens* a, cujus rei calices antiqui gerebant imaginem, teste Tertull, *b*, lapides veteres nunc etiam templorum. Quos regit, ut pascit hic pastor bonus, regique se, ac palci sinunt ab eo, nihil deest, in loco pascuæ collocantur, *educantur super aquam refectionis, anima eorum convertitur* c: non deficit.

Viam civitatis habitaculi non invenerunt.) Nomen primum Hieron. jungens membro præcedenti, ut dixi, *erraverunt in solitudine, in deserta via*, sic transfert, *civitatem quæ habitaretur, non reperierunt*. Alii, *civitatem habitabilem*, vel *habitationis*, vel *habitatam, in qua recipi possent, in qua sedem constituere*. Alia Latina Psalteria, Patrei q; qui utuntur illis, legunt, *habitationis*, quod hic nomen paullò *d* postponitur, ut irent in civitatem habitationis; ubi est idem nomen *κατοικησεως* & מוֹשָׁב *mosciau* item *κατοικοις*, מוֹשָׁב *mosciau*. Præter dictam de mystico sensu, Arnob. interpretatur errare illos, qui à recti recedunt tenore: pati siccitatem sermonis in via, i.e. in Christo, qui *est via* e, dum nullus docet, nullus, exhortatur; nullus cujus exemplo perfundantur; *non invenire civitatem habitationis*, hoc est, cujus et iam exemplo spirituali ter vivant. In hoc mundi deserto, ut philosophatur Augustinus *a*; via non est, non homo ad solatium, non aqua unde reficiaris, &c. Utinam inquit, illuc homo incurrens vel posset, quia inde exiret.

Sensus mysticus.

Esurientes, & sitientes.) Hebraicè גַּם *gam etiam*: Chaldaicè לְחוֹד *lechod simul*. Ista participia vel construuntur cum priore verbo, *invenerunt*, vel referuntur ad sequens pronomen *eorum*: nempe hoc modo *esurientium, & sitientium anima in ipsis deficit*. De incommodis famis, ac sitis corporeæ, atque de ambabus, ut spiritualiter accipiuntur, dictum aliàs. (Semper sui famem patitur, ait Ambrosius *b*, qui alimentis perpetuis nescit impleri.) *Egeni, & pauperes quærunt aquas, & non sunt*, inquit Deus apud Elaiam *c*, *lingua eorum siti aruit: ego Dominus exaudiam eos, Deus Israel non derelinquam eos*.

Anima eorum in ipsis deficit.) Hieron. *deficiebat*, quamvis legat Trevetus, *defecit*. Explicat verò *animam* pro vita *defectum* præ amore, idest, appetitu, videlicet ex fame, & siti, & propter laborem, Genebrardus *defectum animi* sumit pro inopia animi, pro animo anxio, & sollicito, pro dilcruciatione animi ob rerum necessariarum egestatem quia certa exules careant sede, quia penuria premantur, ut nec potus, nec esca suppetat. Videtur simpliciòr sensus de quodam deliquio animæ, ut alendi, ac vegetandi vim habet, usumque sensuum, cum spiritibus vitalibus, & animalibus, qui pænè concidunt ex inedia, præsertim si labor accedat itineris, ita ut vix liceat respirare quemadmodum contigit Ismaeli *d* puero, de quo prius meminimus. Describitur hic præterea pathetice defectus in Threnis *e*, *Matribus suis dixerunt, ubi est triticum & vinum? quum deficerent quasi vulnerati* (ut enim defluente sanguine, deficiunt vires ita tamen (spiritibus) *in plateis civitatis; quum exhalarent animas suas in sinu matrum suarum*. Quod ultimum à nonnullis *f* explicatur de vehementia desiderii, ut daretur cibus. Comedi potest, quia æpius hunc habet usum anima, videlicet pro voto, appetitione, cupiditate, voluntate quid piam acquirendi, ut *comedere avas secundùm animam suam* g, *effundere animam suam in conspectu Domini* h, *conglutinari animam alicujus* i *alicui*, &c. Verum pluribus placet *deficere animam in ipsis*, hoc loco id esse quod diximus, nempe propinquum vitæ interitum. Nam & *animam* certum est frequenter usurpari pro vita, ut, quod ad rem facit maximè, in sententia illa Christi k, *nonne anima plus est quam esca*: *efficere* absolutè ponitur quandoque pro eo quod est mori: nonnumquam adjecto *moriendi* verbo *l*. De Samsone quoque scribitur *m*, quod ob importunas, & molestas uxoris preces *per multos dies jugiter ei adherentis spatiumque ad quietem non tribuentis, defecit anima ejus, & ad mortem usque lassata est*. Tædium, aut dolor molestior exponitur per *defectum animæ*: quia mortem potest afferre. *Va mihi*, ait Jeremias *n*, *quia defecit anima mea propter interfectos*. Græca, & Hebræa verba non eadem omnibus locis: frequentiora ἐκλείπειν & יָגַע *gavahh*, quæ significant *non vi morbi*, aut *violentia*, sed *humido naturali deficiente decedere*. Hujus loci Græcum verbum est ἐκλείπειν, sed Hebræum הִתְעַטֵּף *hithhattreph*, & hoc denotat *obtegi veluti*, ac *obrui afflictionibus*; quod transfert *angustiari*. Hieron. *o*, & in translatione nostra psalmorum aliorum redditur per *deficere*, sed Græcè ὀλιγοψυχεῖν, & per *anxiari* *p*, Græcè ἀποδιδῶν: *deficere* demum *ex aliquo spiritum* q, quod est idem ac que in aliquo, eodem Hebræo verbo dicitur, & Græco ἐκλείπειν. Fame moriuntur vel siti, sive quod ad id pertinent ἀποκαρτερῆσαι damnentur sive alia quavis de caussa, vel modo contingat, illud patiuntur deliquium quod dixi.

Et clamaverunt ad Dominum quum tribularentur, & de necessitatibus eorum eripuit eos.) Hieron. reddit *in tribulationibus suis*, atque omissa conjunctione (&) *de afflictione eorum*. Intercalaris hic versus cum alio repetitur quater, ut antea monui, sed cum differentia modica, idq; tùm propter quatuor calamitatum genera & corporalium, & spiritualium, tùm etiam per mundi quatuor partes hic paullò antè enumeratas. Clamaverunt qui famem, ac sitim externam tolerabant, errantes in solitudine sive Judæi, sive alii quicumque: præterea vel ex captivitate Babylonica Judæi, ut Basilius, Chrysostomus, Theodoretus, docent: vel hi idem volunt. Gentiles, quando ingemiscebant in calamitatibus, quamvis earum depulsionem requirerent à Deo: vel, ut placet etiam Chrysostomo, Euthymio, Nicephoro, Angeli præsides provinciarum, vel, ut ultimi duo addunt, Prophetæ optantes. Gentium salutem: vel, ut innuit Arnobius, Augustinus, alii quilibet qui tangebantur pœnitentia, & suum errorem agnoscebant, cupientes famem cognoscendæ veritatis implere. *Necessitates* quid significent alibi *r* docui Credi potest non paucos Gentiles clamore ex pietate profectò, clamavisse per gratiam prevenientem, quum adhuc versarentur in fame, ac siti ignorantiæ; quemadmodũ de Cornelio docet Concilium Arausicanum secundom. Ipsamet ignorantiæ fames, ac sitis provocabat in pluribus absq; ullo eorum merito, misericordiam Dei Tales videri possunt fuisse nondum cathecumeni August, Alipius, Nebridius, quibuscum testatur Augustinus *s* se clamavisse tali voce: (Erant ora trium egentium, & inopiam sibimet invicem anhelantium; *& à te expectantium, ut dares eis escam in tempore opportuno*: & dicebamus: Quamdiu hæc? & hoc crebrò dicebamus, & dicentes non relinquebamus ea, quæ sunt hujus sæculi, qui nondum elucebat certũ aliquid, quod illis relictis apprehenderemus.) Hugo vim constituens in Latino vocabulo, notat quadã quasi necessitate peccavisse gentes, quia proni, assuetique idololatriæ; Judæos, quoniam legis onere premebantur quod *portare non poterant* u, idest, nonnisi admodum ægrè. Observant iterum de necessitatibus Deum eripere vel dando patientiam, vel remedium, vel subtrahendo ex hac vita, quæ numquam est absque aliqua necessitate famis, sitis, frigoris, caloris, laboris, doloris, mortis, quæ est ultima necessitas, postquam, nullam justus patitur, juxta illud x, *sine ex tribulationibus liberabit te, & in septima non tangetex malum*. Quod notabile subdit in verbo *eripiendi*, quasi subitò Deus rapiat, ut idcircò debeant bono animo esse, qui tribulationem patiuntur: aut quod cum violentia respecto alterum, qui suas tribulationes finiri nolunt per mortem, sed vivere diutius volunt: hoc, inquam, verè cumque acumine dicitur; sed hujusce modi vim non habet in eadem sententia Græcum, & Hebræum verbum: nec in eadem quum reperitur intra Latinum *liberandi & educendi*. Magnus profectò clamor ipsiusmet calamitatis, cordisque calamitosi, quamvis vocem edat nullam, quemadmodum sanguis Abel quadam clamabat sua voce, & negata frandatque operariis mereces y: & nonnulla alia peccatorum genera clamant ad Deum. Rei natura, & non ferendam in se habens violentiam vociferatur, hunc que clamorem Deus audit, quia ipsam re indignitatem, inquit Cyrillus *a*, persequitur. Hæc est ejusdem Dei exauditio, qua ut ex Elaia *b* prius retuli ipsemet Deus pollicetur *exauditurum se egenos & pauperes quærentes aquam, & linguam siti arentem*, ἐγὼ εἰσακούσομαι αὐτῶν ait Nyssenus *c*, *ò res admiranda!* Unica vox ad Deum immò ex pectore emissa omnia in melius commutat. De hujusce modi clamore quando mitteba Judæis Deus Salvatores, hoc est, judices, antea egimus: & quantis clamoribus Prophetæ adventum invocarent Christi, qui tandem propter miseriam inopum, & gemitum pauperum dixerit, *nunc exurgam* d.

Et eduxit eos in viam rectam, ut irent in civitatem habitationis.) Alii, *eduxit*, vel *duxit*. Hieron. *per viam*, & *ut venirent in civitatem habitabilem*. Paraphrastes exprimit Jerusalem, ad quam redeundi potestas à Cyro facta caprivis in Babylone. Indefinitè quamlibet præstat civitatem intelligere, in qua tuto vivere, & victui necessaria comparare liceret. Ecclesia, cœlumque sensu mystico civitas est habitationis sive habitaculi, quo incarnatus Christus deduxit, & quidem per seipsum, qui via est, docendo veritatem, quam sit quoque veritas, ac perducendo ad vitã, quæ nihil est aliud, quam ipse *e*, atque ad civitatem, ubi se beatis exhibet fruendum. In cœlo civitas, non hic in ista peregrinatione, exiliosque *permanens* * *est*, *fundamenta ibi habet*, *ejusque artifex, & conditor Deus* g, qui *cœlestem meliorem illam paravit* h, quæ denique vocatur *civitas Dei viventis, Jerusalem cœlesti*; ubi *multorum millium Angelorum frequentia* i est, de qua civitate Dei Joannes in Apocalypsi tam gloriosa & vidit, & dixit. *Soli recti, qui diligunt* k, conditorem ipsius, ambulant per viam, quæ ducit ad civitatem illam; soli isti se sinunt ad eam duci, perducique: etiam *stulti non errabunt per eam*, si manum porrigentis manui protenderint. Ceterum Christus errantes in viam reduxit, dum vixit, quantum expedire judicavit; postea id per Apostolos fieri voluit, quos in Orbem universum dimisit, licèt ipsi provincias inter se partiti fuerint: & ad justitiã cunctos hortati, ut irent *per vias rectas* usque ad *regnum Dei*, quod ipsis ostendebant *m*.

Osten.

a Luc.11, 11, 12, 13

b Joan.14.6

c Matt.5.6
d Eccl.15.3
Sensus mysticus.

e in Es.c.40 Nysseni opinio ut parũ probabilis rejicitur.
f in Tyr. cap.8

g Joan.6.63

h Amos 8.11

i Ps.105.14
Ps.41.97. 40
k Ps.77. 17
l in Eccl. 10

Qui propriè errare dicantur.

a Joan.1, 8

p Ps.141.4
q Ps.141.4

a in Ps. 62

b l.7. in Luc.

c cap.41 17

d qu. 31. 15. 16
e cap.1.12

f Vatab.

g Deut.23.24
h 1. Reg.1.15
i cap.16.1

k Matt.6.25
Vis verbi deficiendi. Ign.25.8 17. Num.14.55 Judicum 4.1 cap.5.27
Job 27 5.c.34 13
m Judicum 16.16
n cap.4. 31

o Jona 1, 8

p Ps.141.4
q Ps.141.4

m Gen.21.5, & seq.

n 19. fecivi, cap.1

o Serm.de St Petro, & Paulo.
Tropologia

p Thren.3.16

q Eph.2.12

r Joan.5.14
s cap.10 14

t Es.c.53.6
u Ps.118.177
x Ps.14.2.6
y Ezech.34.6 & seq.

z Joan.10.12 14
a Luc.15.5
b de pudic. c.7. & 10

c Psal.22.3

d vers.7

e Joan.14.6

r Ps.24. 17. Psalm.30. 8

f cap.ult.

t 6. Confess. cap. 10

u Act.15.10

x Job.5.17

y Gen.4 10
z Jacob.5.4

a in Esa.19
b cap.41.17

c tract.30 in Psalm.cap.8

d Psal.11.6

Expositio mystica.

e Joan.14.6

* Hebr.11.14
g cap.11.10
h vers.15. 16

i cap.12. 22

k Cant.1.4

l Es. 35. 8

m Sap 10. 10

Ostenderunt ipsi, & Christus, ac Deus per externas, & internas illuminationes, & quo, & qua eundum esset. Alterum namque sine altero non prodesset, sed quasi de ylvestri cacumine videre patrium pacis, ut scribit Augustinus a & iter ad eam non invenire, atque frustra ad eam conari per invia, circum obsidentibus, & obsidiantibus fugitivis desertoribus, cum principe suo leone, & dracone. At verò una cum civitate habitaculi Christum nosse, est tenere viam illò ducentem, cura cœlestis Imperatoris munitam, ubi non latrocinantur, qui cœlestem militiam deseruerunt, quia vitant ea ut supplicium.

a P. Confess. cap. ult. 10. de civit. cap. 29

Confiteantur Domino misericordiæ ejus, & mirabilia ejus filiis hominum.) Hieron. *confiteantur Domino misericordiam ejus, & mirabilia ejus in filios hominum.* Victorius legit ex eodem *misericordias*. Trevetus *misericordia*; hic etiam exponit, ut ipsæ misericordiæ sint caussa, & materia confessionis, & laudis divinæ. Pro *mirabilibus*. Symm. *παραδοξία*, *παράδοξα*, & quod habemus *υἱοῖς ἀνθρώπων*, *filiis hominum* καὶ *υἱοῖς υἱῶν*, *καὶ ἀνθρώπου*, *qui in filios hominum*, hoc est, in utilitatem & commodum hominum, qui, ut sæpè monui, *b* non differunt à *filiis hominum*: nec *filii hominum*; accipiuntur semper in malam partem, ut aliquibus videri dixi; quod vel hoc versu toties repetito constat. Non enim oportet peccatores tantum esse, erga quos Deus misericordias, & mirabilia sua exercuit. Item *confiteri Domino misericordias ejus filiis hominum*, est *confiteri apud filios hominum*, sive *apud homines*. In Hebræo textu חסדו *chasdo* est numeri singularis, & ita non aptè illi verbum plurale יודו *jodu* jungeretur in hoc sensu *confiteantur Domino misericordiæ ejus*; licèt exponere posses collectivè pro multis misericordiis, seu pro unaquaque misericordia. Sed præterea idem verbum est masculini generis, nomen fœminini. Itaque sensus est, ut in ventur homines ad confitendum Domino misericordiam ejus, ad ipsum laudandum, & gratias ei agendum propter illam. Legisse puto LXX. pluraliter חסדיו *chesadau*, quia reddiderunt αἱ ἐλεημοσύναι: & probabile est passivè significare voluisse, ut ipsæ *misericordia confiteantur Domino*, idest, *celebrentur*, & *laudentur*, nempe ab hominibus, propter Auctorem earum, qui est Dominus vel activè, καὶ ἐξομολογήσασθαι mediæ vocis ut eædem *met misericordia confiteantur Domino*, hoc est *celebrent*, ac *laudent illum*. Juxta posteriorem sensum Interpres noster transtulit αἱ ἐλεημ in nominativo, *misericordia*. Quod si vertas in accusativo, sensus efficietur, ut *misericordias homines confiteantur Domino*, laudando, celebrando gratias Domino agendo. Interpretem sequi debemus, sive *confiteantur* passivè sumamus i. est, *celebrentur*, nempe ab hominibus, idque Domino, ad laudem ejus; sive activè, ut ipse *misericordiæ confiteantur Domino*, eumq; laudent. Passivè accipi posse *confitendi* verbum fuadet, quia res confessa benè Latinè dicitur pro certa, & manifesta, ac eodem modo signa, quæ non sunt dubia. Quocirca non est amplius audiendus Jansonius volens nos legere *misericordias* nec recipiendi codices, qui in ablativo singulari habent *misericordia*, ut etiam extat apud Haimonem, idest, *ob misericordiam*, vel *de misericordia*, vel *in misericordia*: non denique illi Hebræi, qui הודו *hodu*, *confitemini*, pro יודו *iodu*, *confiteantur*; seu *confitebuntur*, accipiendo, ut solet futurum pro imperativo. Lege Lucam Brugensem *d*. Paraphrastes expressit sensum hoc pacto, *confitebuntur*, seu *confiteantur coram Domino, propter misericordiam ejus, ut narrent mirabilia ejus opera filiis hominum. Confiteri* dicuntur alibi *Deo opera ejus* e: atque ita *misericordias confiteri eidem*, erit opera, & beneficia ex illius misericordia profecta, vel etiam, ac potius eos, qui hæc perceperint, ipsum tamquam beneficum, atq; misericordem agnoscere, celebrare, prædicare. Idem valet iterata toties omnis generis creaturarum invitatio ad laudandum Deum; in trium puerorum cantico *f*. Simili sensu dicuntur mulierem sortem *laudare in portis opera ejus* g. Per metonymiam *confiteri Domino* censentur *misericordiæ*, atq; *mirabiliæ ejus* hoc est, homines his ornati, affectique, *filiis hominum* idest apud quoslibet alios homines. Per protopopœsam, verò *misericordiæ*, *ac mirabilia confiteri Domino*: intelliguntur *filiis hominum* præstita à Deo beneficia & mirifica opera. Tribuit Chrysostomo Genebrardus protopopœjam. Videtur potius per metonymiam explanare, quemadmodũ & Basilius, sive Theodoretus, atque sic αἱ ἐλεημ sumere ut nominativi casus, ut & Apollinarius sumit, *οἰκτιρμοὶ βασιλικοῦ* τὴν ἀκμὴν λαμπρὰν ἔφασαν, *misericordia Regis fuam celebrate potentiam*. Infra versu 32. eidem isti sententiæ subitur, ut *misericordiæ Domini*, & *mirabilia ejus* non solum *confiteantur ei*, sed etiam *exaltent eum in Ecclesiis plebis, & in cathedra seniorum laudent eum*. Euthymius autem videtur accipere αἱ ἐλεημ in accusandi casu atq; declarare die hominibus, qui confiteri jubeantur Domino misericordias ejus, & narrare filis hominum nescientibus, & mirabilia operaiu eos, seu propter eos facta. Dignus profectò versiculus hic Eucharisticus quem in omni gratiarũ actione quivis usurpet, sicut facit Bernardus *h*, agens de beneficio custodiæ Angelorum, & Hugo hoc loco de beneficio vocationis ad Religionem Christianam, & ad justificationem, per quam liberat Deus misericorditer inimicos suos modo tam admirabili nimirum dato Filio proprio ad mortem. Observat etiam hunc versum octavo loco poni, & in eo, sicut in primo, agi de confessione laudis, sicque ad caput redire, quemadmodum redit octava beatitudo; præterea quintũ decimum eumdem esse, propter totidem gradus, quibus ascenditur in cœlum: item vigesimum primum, propter dona Spiritus sancti, de quibus, inquit Matthæus 13. Addit Ayguanus misericordias nobis à Deo factas, & mirabilia ter miraculà nobis ostensa, sufficientem caussam esse, ut confiteamur peccata, sperantes veniam.

a P. Ps. 40. 3 Filii hominum non semper in malam partem accipiuntur.

b Ps. 40. 3

c Ps. 144. 10

d in notationibus.

e Daniel 3. 59. & sqq.

f Prov. 31. 31

g Ps. 106. 8

h serm. 32 in psalm. 90. Mystica intelligentia.

Quia satiavit animam inanem, & animam esurientem satiavit bonis.) Hieron., *quia saturavit animam vacuam, & animam esurientem implevit bonis*. Alii explicant *animam anhelam, desiderantem sitibundam, quærentem potum*, hoc enim valet שיקקה *sciokekach* à שקה *sciobhab propinare, potum dare, potare*, seu *potionare*. Eodem epitheto apud Elaiam i cognominatur *anima vacua*. Sitis mehercio quum esurientem melius exprimit, innueris penuriam aquarum *in in aquoso*, simulque cum esurientibus sitientes, qui paullo k ante memorati sunt. Videri potest Deipara hunc imitata locum cecinisse *l*: *esurientes implevit bonis. Animam* quo modo sumere oportet pro appetitu sensitivo, & bona pro illis, quibus expletur, & animal nutritur ac sustentatur, satis constat, dixique aliàs. Hoc nimirum est *replere in bonis desiderium* m, *desiderium afferre, nec fraudare à desiderio* n. Spirituales escæ hujus futuræque præsertim vitæ longè sine comparatione melius; immò solæ satiant animam quæ tùm demũ proprie, ac perfectè satiatur *quum apparet ei gloria Dei*: * nec nisi hac plenitudine inanitas, vacuitas, capacitas tanta impleri potest. *Replebimur in bonis domus* o, cœlestis: ibique *esuries, & sitis justitiæ saturabitur* p, sine nausea, tædio, fastidio, cum recenti semper, ac delectabili ejusdem perceptæ rei majore, & majore semper esurie, atque siti *q*: Vacuam oportet esse mundanis curis, voluptatibus fastu animam, & seipsam Christi exemplo exinanire, quę divinis vult bonis, Deoq; ipsa plena evadere: debet ut hæc recipiat bona eorumdem vitare fastidium, desiderium in se excitare, quoniam, *anima saturatas calcabit favum, & anima esurienti etiam amarum pro dulci sumet* r, hoc est, pro voluptatibus pœnitentiam: ut ait Hugo. Tandem cibus non alius nobis charior, gratiorq; fit, quam quo Christus oblectabat seipsum facere voluntatem Dei *s*. *Si direxerit homo ad Deum cor suum, spiritum illius, & flatum de se trahet* t. Deus quoq; pro desiderii veri ac efficacis modo, & mensura, qua quis desiderat, communicans gratiam suam, sicut oleum tamdiu infundebat pia vidua quamdiu suppetebant vasa *u*; *quis est* inquit, *iste, qui applicet cor suum, ut appropinquet mihi* x?

i cap. 19. 8.

k vers. 4. 5. B. Viirgo huic locum imitata.

l Luc. 1. 53

m Ps. 102. 5

n Ps. 77. 29

* Ps. 10. 15

o Ps. 64. 5

p Matt. 5. 5 [illegible]

q Eccl. 24. 25

r Prov. 27. 7

s Joan. 4. 34.

t Job. 34. 14

u 4. Reg. 4. 5

x Jer. 20. 21

Vers. 10.) Sedentes in tenebris, & umbra mortis, vinctos in mendicitate, & ferro.

Vers. 11.) Quia exacerbaverunt eloquia Dei, & consilium Altissimi irritaverunt.

Vers. 12.) Et humiliatum est in laboribus cor eorum: infirmati sunt, nec fuit qui adjuvaret.

Vers. 13.) Et clamaverunt ad Dominum quum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberavit eos.

Vers. 14.) Et eduxit eos de tenebris, & umbra mortis, & vincula eorum disrupit.

Vers. 15.) Confiteantur Domino misericordiæ ejus, & mirabilia ejus filiis hominum.

Vers. 16.) Quia contrivit portas æreas, & vectes ferreos confregit.

Secundum beneficium, seu secunda liberatio, & opus misericordiæ magnæ, potentiæq; mirabilis Dei, est libe-

Sensus loci.

liberare à dura captivitate, carcere tenebroso, mortis periculo, vinculis & catenis, ac inter hæc ab inopia victus necessarii. Id Hebræis accidit calamitatis hujusce tam multiplex genus, non in Ægypto duntaxat, & sub Judicibus; verum etiam deinceps post ætatem Davidis: sed illud etiam posterius tempus, tamquam Propheta prædicare potuit, suoque carmine cum præcedente tempore velle comprehendere, atque in genere quoslibet similia patientes, & similem expertos erga se benignitatem Dei. Simul affirmat caussam dictarum ærumnarum fuisse in his, qui ad eas redacti sunt, quoniam Dei præceptis non obtemperaverunt, consiliumq; ipius contempserunt quod perinde erat, ac si Deum ipsum loquentem, præcipientem, benè consulentem ad iram provocarent, vel ipsi met præcepta, & consilium; quæ sicut oblervantes quodammodo coronant, ita prævaricantes puniunt. Exaggerat deinde gravitatem mali, quod illius mole, & pondere laborum humiliata: depressęque fuerit istos tolerantium superbia, & adeò debilitatæ, ac fractæ vires, ut resistere non possent: decesset ipsis autem omne humanum auxilium. Tandem refert per intercalares versus calamitosos opem divinam imploratam percepisse, hocque, nomine celebrandas Dei esse misericordias, & mirifica opera circa illos: præterea exprimit liberationem ab enumeratis miseriis; tùm verò singularem benevolæ potentiæ Dei rationem, qua *vincula disruperit, contriverit portas æreas, confregerit vectes ferreos*, ut, tam firmiter conclusi detenti, astricti evaderent.

Secunda, secundùm sensum mysticum, miseria spiritualis est, effrenis quædam ex originali orta peccato concupiscentia voluptatum, opum, honorum; ut quamvis infelix homo felicitatem veram in Deo esse probe intelligat, nec acquiri posse, nisi comprimatur, & mortificetur inordinatus illic appetitus, nihilominus *captivetur in lege peccati* a, ligatus non fræno ferreo, sed sua ferrea voluntate. Hoc de seipso, iuique similibus prodit tùm Paulus *b*, tùm Augustinus *c*, eximia quadam cum humilitate, quæ multum valet ad obtinendam à tam dura, & acerba necessitate liberationem. Quisquis ita liberatur, *in sanctitate & justitia servit Deo d, eique sacrificat hostiam laudis* e. Ultimam sententiam Chrysostomus, Euthymius, Nicephorus *f*, referunt quoque ad animas à Christo de limbo liberatas. Priorem seu allegoriam, seu tropologiam, tradunt ferè omnes, quæ vocatur ab Augustino difficultas benè operandi *g*: quamvis addant alii alia nonnulla quæ seorsim attingam.

Sedentes in tenebris, & umbra mortis. Hieron., *habitantes*. Utrumque significat שבי *iosceve*, quod quum sit in regimine, & Græcè κάθημαι in accusativo casu; debet aliquid suppleri, vel verbum proximè præcedens *sativit*, vel sequens *liberavit eos*, vel aliud, videlicet (*novi*) *novi eos, qui sedebant, &c.* Rabbini volentes Hebræum participium esse in casu recto, ajunt construi quum *infirmati sunt*, aut quum *confiteantur, &c.* Retento, ut par est, accusativo, Bellarminus supplet verbum *novi*, dicens nimis durum esse supplere alterum ex dictis verbis. Expositoribus ceteris placet alteruter dicendi modus, nec illos ea duritia offendit. Nam quod attinet ad *liberavit eos*, usitatum ut pronomen relativum sequens ponatur in eodem casu, in quo positum sit nomen præcedens. Verbi gratia *g*, *in cœlis præparabitur veritas tua in eis* & *, cujus participatio ejus in idipsum, &c.* Notavit etiam hoc Agellius. Quid sit *sedere*, seu *habitare, jacere, versari positum esse in tenebris, & umbra mortis*, & quod hæc sit quædam descriptio subterranei, tetri, lethaliſque carceris, atque periculi mortis imminentis, potest cognosci ex dictis ad alia similia loca præcedentium Psalmorum *h*. Talis apud Platonem *i* in media regione carcer, μακρὰ ἄγχιστα τοῦ πόλου quam appellant intimã sedem Jurisconsulti *k*: talis apud Romanos nomine Tulliani *l*: tale barathrum Athenienſium, Latomiæ Syracusanæ, Thesaurus Messeniorũ. Qua de re Petrus Gregorius *m*, & nos ipsi alibi. Pampolitanus explicat mysticè, præter jam prius dicta *quiescentes in tenebris* peccatorum, *& in umbra mortis*, quæ est ignorantia sequens multos ad mortem æternam, *vinctos in mendicitate* malæ consuetudinis, neq; conantes ad correctionem, *& ferro* difficultatis rumpendi vincula peccatorum: *quia exacerbant eloquia Domini*, æstimantes, ac dicentes esse improbabilia: *& consilium irritantes*, vacuum, irrisorium ducentes, quando relinquere mundum Deus consulit, &c. In *sessione* attendit Hugo pertinaciam, sive perseverantiam peccatorum, in *tenebris* ignorantiam, & exacerbationem mentis; in *umbra mortis* calpam: *in vinculis* pœnam: *in mendicitate* penuriam; *in ferro* obstinationem. Hebræis accidit calamitatis hujusce tam multiplex genus, non in Ægypto duntaxat, & sub Judicibus; verum etiam deinceps post ætatem Davidis: sed illud etiam posterius tempus, tamquam Prophetæ prædicare potuit, suoque carmine cum præcedente tempore velle comprehendere, atque in genere quoslibet similia patientes, & similem expertos erga se benignitatem Dei. Simul affirmat caussam dictarum ærumnarum fuisse in his, qui ad eas redacti sunt, quoniam Dei præceptis non obtemperaverunt, consiliumq; ipius contempserunt quod perinde erat, ac si Deum ipsum loquentem, præcipientem, benè consulentem ad iram provocarent, vel ipsi met præcepta, & consilium; quæ sicut oblervantes quodammodo coronant, ita prævaricantes puniunt. Exaggerat deinde gravitatem mali, quod illius mole, & pondere laborum humiliata: depressęque fuerit istos tolerantium superbia, & adeò debilitatæ, ac fractæ vires, ut resistere non possent: decesset ipsis autem omne humanum auxilium. Tandem refert per intercalares versus calamitosos opem divinam imploratam percepisse, hocque, nomine celebrandas Dei esse misericordias, & mirifica opera circa illos: præterea exprimit liberationem ab enumeratis miseriis; tùm verò singularem benevolæ potentiæ Dei rationem, qua *vincula disruperit, contriverit portas æreas, confregerit vectes ferreos*, ut, tam firmiter conclusi detenti, astricti evaderent.

Secunda, secundùm sensum mysticum, miseria spiritualis est, effrenis quædam ex originali orta peccato concupiscentia voluptatum, opum, honorum; ut quamvis infelix homo felicitatem veram in Deo esse probe intelligat, nec acquiri posse, nisi comprimatur, & mortificetur inordinatus illic appetitus, nihilominus *captivetur in lege peccati* a, ligatus non fræno ferreo, sed sua ferrea voluntate. Hoc de seipso, iuique similibus prodit tùm Paulus *b*, tùm Augustinus *c*, eximia quadam cum humilitate, quæ multum valet ad obtinendam à tam dura, & acerba necessitate liberationem. Quisquis ita liberatur, *in sanctitate & justitia servit Deo d, eique sacrificat hostiam laudis* e. Ultimam sententiam Chrysostomus, Euthymius, Nicephorus *f*, referunt quoque ad animas à Christo de limbo liberatas. Priorem seu allegoriam, seu tropologiam, tradunt ferè omnes, quæ vocatur ab Augustino difficultas benè operandi *g*: quamvis addant alii alia nonnulla quæ seorsim attingam.

Sedentes in tenebris, & umbra mortis. Hieron., *habitantes*. Utrumque significat שבי *iosceve*, quod quum sit in regimine, & Græcè κάθημαι in accusativo casu; debet aliquid suppleri, vel verbum proximè præcedens *sativit*, vel sequens *liberavit eos*, vel aliud, videlicet (*novi*) *novi eos, qui sedebant, &c.* Rabbini volentes Hebræum participium esse in casu recto, ajunt construi quum *infirmati sunt*, aut quum *confiteantur, &c.* Retento, ut par est, accusativo, Bellarminus supplet verbum *novi*, dicens nimis durum esse supplere alterum ex dictis verbis. Expositoribus ceteris placet alteruter dicendi modus, nec illos ea duritia offendit. Nam quod attinet ad *liberavit eos*, usitatum ut pronomen relativum sequens ponatur in eodem casu, in quo positum sit nomen præcedens. Verbi gratia *g*, *in cœlis præparabitur veritas tua in eis* & *, cujus participatio ejus in idipsum, &c.* Notavit etiam hoc Agellius. Quid sit *sedere*, seu *habitare, jacere, versari positum esse in tenebris, & umbra mortis*, & quod hæc sit quædam descriptio subterranei, tetri, lethaliſque carceris, atque periculi mortis imminentis, potest cognosci ex dictis ad alia similia loca præcedentium Psalmorum *h*. Talis apud Platonem *i* in media regione carcer, μακρὰ ἄγχιστα τοῦ πόλου quam appellant intimã sedem Jurisconsulti *k*: talis apud Romanos nomine Tulliani *l*: tale barathrum Athenienſium, Latomiæ Syracusanæ, Thesaurus Messeniorũ. Qua de re Petrus Gregorius *m*, & nos ipsi alibi. Pampolitanus explicat mysticè, præter jam prius dicta *quiescentes in tenebris* peccatorum, *& in umbra mortis*, quæ est ignorantia sequens multos ad mortem æternam, *vinctos in mendicitate* malæ consuetudinis, neq; conantes ad correctionem, *& ferro* difficultatis rumpendi vincula peccatorum: *quia exacerbant eloquia Domini*, æstimantes, ac dicentes esse improbabilia: *& consilium irritantes*, vacuum, irrisorium ducentes, quando relinquere mundum Deus consulit, &c. In *sessione* attendit Hugo pertinaciam, sive perseverantiam peccatorum, in *tenebris* ignorantiam,

Caussa cur peccator mortuo similis esse dicatur.

Quatuor pedes perversè sedis, in qua peccator sedet.

a Rom. 7. 23

b ibid.

c S. Confess. cap. ult. 1. 9. &c. 3

d Luc. 1. 75

e Ps. 49. 17

f Tr. 1. in Ps. cap. 8

g Ps. 88. 3

h Ps. 22. 4. Ps. 103. 20. Ps. 87. 7

i in de legib. K Cicero in orat. lib. 1 & in l. Longobar. lib. 63. & Dede fort. lib. 1. tit. 25

l Sallust. de bell. Catill. Expositio mystica.

m lib. 31 pro cap. 16. 33. in 10

n Luc. 1. 79

o Esa. 9. 2

p cap. 3. 23

q 2. mor. c. 3

r Ps. 117. 12

s 4. mor. c. 10 lib. 11. cap. 14

t serm. 28

u cap. 4. 17. 23

x Dan. 4. 14

y in ascetico

z Gen. 31. 14

a Exod. 16. 4

b in specula morali, verbo Prælatus.

c Ps. 59. 19

in istius textu legatur, *ligati*. In vetere Psalterio, apud Aquæ Augustinum, & Prosperum *; compediti*. Chaldaicè, *vinctos in afflictione vinculorum ferri*. Textus autem Chaldæus Nebiensis hæc omnia hebet ad eumdem dictum versum spectantia: *De Sedechia, & de Principibus Israel prophetavit, & dixit. Sedechias, Principes Israel fuerunt captivi in Babylonia, & fuerunt in tenebris, & in umbra mortis, & fuerunt in carceribus, in afflictione, & in vinculis ferreis*. Vellet Bellarminus distingui, *sedentes vinctos, sedentes in mendicitate, sedentes in ferro*. Sic distinguas oportet: *sedentes in tenebris, sedentes in umbra mortis*: & aptius dictum esset, *sedentes in vinculis*, quam *sedentes vinctos*. Conjunctio etiam in utroque membro videtur duo ad unum referre, duo ad aliud, *sedentes in tenebris, & umbra mortis: vinctos in mendicitate, & ferro*. Ceterum quia solemne psalmo est eamdem sententiam duplici voce exprimere, quemadmodum *sedere in tenebris, & umbra mortis* descriptio carceris est, sic videri posset vincula describi verbis istis, *vinctos in mendicitate, & ferro*. Genebrardus quidem nonnullos עני *bhoni* exponere *vinculum* refert, quod Vatablus facit, & Paraphrastes, quem recitavi. Agellius eadem voce contendit significari *manicas*, vel *compedes*, quia ps. 104. *a humiliaverunt in compedibus pedes ejus*, dicitur Hebræo verbo עני *hinnu*, *afflixerunt, & unctum affligere* per duo verba exprimitur אסר *asar*, & עונה *bhonnah*, δῆσαι & πεπεινωμένα b. Quare vult *vincula*, quibus constrictus facere queat, quo se eximat, πεπυκῶσθαι hoc loco dici, & *mendicitatem* hanc que pro *manicis* poni, *ferrum* pro *compedibus*, vel potius idem per duo significari, *mendicitatem ferream, manicas, & compedes ferreos*. Denique *mendicitatem* vinculum esse, quo mendici teneantur, alioqui nullam videri affinitatem *mendicitatis & ferri*. Juvare posset ingeniosam istam expositionem, quod hic sola subjiciatur libe atio vinculorum, non mendicitatis, & inopiæ. Sed nolim recedere à proprietate vocabuli, communique interpretatione de propriè dicta mendicitate, inopiaque (quomodo vertitur alio in psalmo c עני *bhoni*, & πεπυκῶσθαι) quam passos nimirum Propheta canat eos, qui vincuis detinebantur, non quia soli mendici vinculis hisce detineantur, ut asserebat Agellius, sed quia locupletibus etiam suis utendi facultatibus ademitur interdùm in custodia, vel damnantur abstinentia, & quandoque ut etiam pereant inedia, licèt jure communi eis non negentur alimenta, & subsidia victus suppeditari à suis d. Denique nullum assignari potest exemplum, quo dicta nomina pro *vinculis* utuerpentur. Quamvis mendicitas, pauperies, media, similesque ærumnæ miseros mortales vinciant, ligent, stringant, & omnis necessitas dura, ferreaque censeri catena possit, *Catenates* Martialis *e labores* vocat:

Expectant curaque catenatique labores.

Quum videlicet alter alterum labor excipit, & affiduè multis quispiam laboribus tamquam vinculis distringitur. Apud Job f legimus *cum catenis funes paupertatis*, quia abjecit homo, nec trahit se passus est *in funiculis Adam, in vinculis charitatis* g. Figurata, seu mystica ferrea catena, ut est antea declarata, rectè quoq; declaratur à Nysseno h. Est, inquit, δεσμωτηρία τῆς θορύβου κατεχόμενον ἠθῶν, *immobilitas mali, quæ gravi detinet compede. Compedem* verò seu *pedicam* ait esse τὸ, τὸ κακὸν πεπυκῶσθαι, *rectipravationem*, ac *destitutionem similem ferro circum præcordia affixo*, οἷον τῶν σιδήρῳ περιχυτωθέντος τῆς καρδίας. Subtiliter Hugo *vinctos in mendicitate* Gentiles explicat, qui ab idolis mendicabant necessaria, perinde ac fidare possent, *in ferro* Judæos, quidutiu legis jugo premebantur. Lege præterea commentarium verborum illorum i, *ferrum pertransiit animam ejus*, & quæ etiam dixi ad verba Sapientiæ k, *vinculis tenebrarum, & longè noctis compediti*: & in posteriore Petri epistola l, ubi vocantur *rudentes inferni*. Græcè σειραιζόμενοι, *rudentes, catenæ, vincula caliginis*. Peccata ipsa funes sunt, lora, catenæ, vincula. Tentationibus, periculis, occasionibus peccandi eadem nomina conveniunt. Bernardus m de seipso quum suis asserit, quod in sæculo caliginosa nox ipsis erat, quum tamquam sine Deo in hoc sæculo viverent, quum ambularent post concupiscentias suas, quum sectarentur carnis illecebras, quum obtemperarent desideriis sæcularibus, quum exhiberent membra sua arma iniquitatis peccato quum servirent iniquitati ad iniquitatem, in quibus tunc erubescebant, tamquam opere ibus tenebrarum.

Quia exacerbaverunt eloquia Dei, & consilium Altissimi irritaverunt.) Hieronymus, *quia provocaverunt sermones Dei, consilium Excelsi blasphemaverunt*. Augustinus, cum vetere Psalterio, *quoniam inamaricaverunt eloquium Domini, & consilium Altissimi exacerbaverunt*. Romanum Psalterium in singulari *eloquium*. Primum verbum Hebræum המרו *himru*, reddi potest *rebellaverunt, repudiarunt, deseruerunt*: secundum נאצו *naatsu despexerunt; contemserunt, execrati sunt*. Gnata porrò allusio est nominis מרו *imre* cum primo verbo, & cum secundo nominis הכעיסו *hbatsatb*. Priore psalmo vidimus n, quod Hebræi *exacerbaverunt spiritum Moysis*; יעצת *himru*, παρεπίκρανεν & quod o *exacerbaverunt Deum in consilio suo*, מרו *iamru*, (futurum pro præterito) παρεπικρανεν in consilio, quod inierunt contra Deum? Si in vi nuda verborum Latinorum hæreamus; & *eloquia* interpretemur præcepta divina omnibus communia; consilium, quod non de necessario, sed meliore bono, opereque supererogationis est; qui prima transgrediturr, exacerbare censetur Deum; qui alia indignabunde contemnit, illum irritat. Nam licèt ad hæc nemo per se obligetur, spernere, ac negligere non debet. Loquitur Deus, & consilium non tantum per ora famulorum suorum & per Scripturas sanctas, & per legem, verum etiam per legem naturalem, per internas inspirationes, & illuminationes, per varia opera, & occasiones, per minas, plagas, beneficia, Prædicatores, & cetera omnia, quibus, ut ait Gregorius Theologus ab Euthymio citatus, studuit Deus vitia hominum conterere. Iste contemnens, quumq; adeò suavia, & dulcia sint, atque facilia, dicens esse impossibilia, dura, acerba, exacerbat, & idcircò Deum ipsum adversum se acerbum reddit; præterea despiciens consilium illius, id consequetur, ut ille quoque in interitu ipsius rideat p. Simili sententia dixit Samuel q, *si non audieritis vocem Domini, sed exasperaveritis sermones ejus, erit manus Domini super vos, & super patres vestros*. Hebraicè מריתם את פי יהוה *meritbem etbpi iobova*. ἐξέπικρανε τὸν λόγον αὐτοῦ, *objurgaverit*, aut *irrigaverit contra os ejus*. Præter prævaricationem legis, & consilii divini, propter quam in Ægypto Hebræi, & deinceps alibi, vel alii quicumque enumeratas calamitates passi sunt, allegoriam tradunt alii de difficultate, quam patimur omnes circa opera virtutis, quia primi parentes non paruerunt divino præcepto, consilioque. Similis de Hebræis assignatur caussa in psalmo 77. r *non custodierunt testamentum Dei & in lege ejus noluerunt ambulare*. Nam synonyma sunt ista cum eloquiis, & consilio Dei.

Et humiliatum est in laboribus cor eorum.) Hieronym. activè de Deo, *& humiliavit in labore cor eorum*. Alii, *perfregit, afflixit*. LXX. non in activa voce יכנע *iechbinabb*, sed in passiva יכנע *iachanabb*, & *laborem* עמל *bhamal*, pro pluribus acceperunt, idest, עמלים *bhamalim*. Valent sanè ad humiliationem confusionis, & abjectionis, laboris, & ærumnæ; *datque vexatio intellectum*: s *jugum, ac lorum cervani collum durum*: t & *convertitur peccator in ærumna sua*. Humiliatio non est hoc loco virtutis, licèt ad eam à Deo inferatur. Compressio cordis, vel depressio seu contractio, & attenuatio atque subactio significatur, quum prius esset fastuosum, inflatum, turgidum, tumidum, superbum, contumax. Sic alibi sæpè *humiliandi* capitur verbum, & hoc ipso psalmo inferius x, *propter injustitias suas humiliati sunt* Apollinarius sic explanat.

ὑδεὶς νῦν ἀπρακτοι καμόντες δίδυμοι τῶν κῆς ἀνῆς.

Inde ab irrito labore demiti sunt, & calamitate.

Infirmati sunt.) Hieronymus, *cecidernnt* כשלו *chasolu*: vel *offenderunt, illisi sunt, impegerunt, corruerunt, jacuerunt, pedibus, ac totius corporis viribus debilitati sunt*, videlicet *in captivitate, & servitute, nec illius ferre laborem potuerunt, ac etiam fortassis in agritudines decideruntr*. Casus hic similis est humiliationi præcedenti, rectèque convenit superbo. *Et cadet superbus*, inquit Jeremias y, *& corruet, & non erit qui suscitet eum*. Esaias z etiam scribit, quod *corruet auxiliator, & cadet cui præstatur auxilium*. Hoc est quod sequitur.

Nec fuit qui adjuvaret.] Recitat ex Chrysost. commentario Agellius expositionem de fœderatis sociis, quorum vanitatem in captivitate Hebræi cognoverint: simul de falsa dæmonum religione, quam sibi quoque inutilem, ac planè infirmam esse deprehenderunt. Quod mystice ad casum, & infirmitatem humani generis referitur, cui opitulari solus poterat Deus *non frater*, vel *homo quispiam* alius a, non Angelus, ullave creatura. *Peccaverunt omnes, & egent gloria* b *Dei*. De necessitate autem adjutorii divini non solum ad salutem, sed alia omnia, egimus hinc inde sæpius, tum Ps. lexagesimi nono versu primo; *Deus in adjutorium meum intende*, &c. Et peculiare *adjutorium Dei*; tribulationis *spei*c. Deum deprecans Esther, dicebat ei; *Domine* * *mi, qui Rex noster es solus, adjuva me solitariam, & cujus præter te nullus est auxiliator alius*. Magna mendacitate vinctus est, qui opis indignis, & adjutorii, adjutorem, & opitulatorem reperiat neminem. Sic Esther. inducit loquentem Gorionides. (Ego sola hic habito: ola ergo in domo regis absque patre, & absque matre sum. Sicut pupilla paupercula, quæ ostiatim mendicat; ita ego peto, seu mendico miserationes tuas fenestratim, sive ex una fenestra vadens ad aliam.) Etenim precaturi superiora captabant loca, fenestraique, unde suspicerent in cœlum. Christus unicus adjutor noster, *factus est homo* propter nos *sine adjutorio*: d & veluti deplorabat *non fuisse qui ipsum adjuvaret*e. Imitemur dicentem f, *circumdederunt me undique, & non erat qui adjuvaret. Respiciens eram ad adjutorium hominum, & non erat. Memoratus sum misericordia tua, Domine, & operationes tuæ, quæ à sæculo sunt; quoniam eruis suffinentes te Domine, & liberas eos de manibus gentium*. Scientes quod *non est auxilium nobis in nobis, & necessarii quoque nostri recesserunt à nobis*g, clamemus ad verum Deum, non Baal (aliumve falsum Deum) quod *à mane usque ad meridiem* flagitantes adjutorium ejus frustra fecerint superstitiosi sacrificuli h.

Et clamaverunt ad Dominum quum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberavit eos.) Hic jam secundo versus repetitur prius sexto loco recitatus, ac postea bis adhuc, propter caussam antea etiam assignatam. Certe in omni genere periculorum evadendi modus non alius, quam ad Deum clamare, cumque pœnitentiæ luctu eum invocare. Pro יצלים *jatsilem*, & ῥύσασθαι, & *eripuit*, legitur יושיעם *joschibbem*, ἔσωσεν, *liberavit*, quod Hier. magis proprie transtulit, *salvavit*. Ibi præterea idem Doctor in membro secundo *afflictionem* numero singulari reddiderat; nunc *angustias* pluraliter quamvis Hebr. nomen sit idem pluralis numeri מצקות *metsukoth*. Clamaverunt ait Arnobius, non quum epularentur, sed quum tribularentur: ipsi enim sibi imponunt tribulationis jugum, ne forte dum præterita facta ad indulgentiam pervenire postulant, incurrant præsentia. Lætus enim animus facile lapsum incurrit, quod tristi, & afflicto difficile evenit. *Viram manus tuæ invenisti*, ait Etaias i, *propterea non rogasti*.

Et eduxit eos de tenebris, & umbra mortis, & vincula eorum disrupit. (Hi dicebantur versu 10. *sedentes in tenebris, & umbra mortis, vinctis in mendacitate, & ferro*. Eraudivit inde clamantes Deus, deque necessitatibus tantis eduxit, eripuit, liberavit, salvavit, hoc est, de carcere, vinculis, & quæ his connexa sæpius est, inopia, penuriaque victus, & aliarum rerum necessariarum. Hæc vita tota nil aliud nisi ergastulum, carcer, custodia, vinculum, sepulchrum animæ est intra σῶμα corpus quasi σῆμα & quia σῶμα servat custodit que illam. *Eduxit vinctos in fortitudine* l, *& solvit compeditos* m. Apostolus infelicitatem suam deplorans, *liberari* cupiebat de *corpore mortis hujus* n. Nisi liberemur à vinculis peccati, & pœnæ, non nectemur perfectè vinculo beatæ charitatis. Aquinas o interpretatur etiam de Patribus ex limbi tenebris liberatis. *

Confiteantur Domino misericordiæ ejus, & mirabilia ejus filiis hominum.) Et hic intercalaris versus jam secundo repetitur, idem cum superiore 8. Is quem vocant Hier. spectare vult hanc repetitionem, & alterius versus ad humanum genus, quod post originale peccatum adhuc defecit, iteratque vice non observavit legem traditam per Moysen, sed & de hac necessitate illud eripit Deus. At necessitas illius legis non attingit humanum genus universum, sed Hebr. solam gentem. Non esse Hieronym. commentarii qui circumfertur sub illius nomine in Psalmos auctorem præter ea quæ subinde sæpius attuli, suadet, quod quæ citantur in Epistola Gansredi monachi in tomo 12. Baronii, ex Breviario, seu commentario Psalmorum Hieron. ad ea verba Ps. 98. *adorare scabellum pedum ejus*, non extant in iis commentariis quæ nunc habemus.

Quia contrivit portas æreas, & vectes ferreos confregit.) Vectes instrumenta sunt, quibus ostia clausa muniuntur adversum vim: aut pali ad onera promovenda; aut quibus onera gestantur humeris duorum, pluriumve. Prima notio proposito convenit. Similis vectium usus apud Poetam q.

Centum ærei claudunt vectes, æternaque ferri.
Robora.

Et in historia Regum r fit mentio *sexaginta civitatum magnarum, atque muratarum, quæ habebant seras æreas, seu vectes*. Ultima congruit vectibus de lignis setim ad comportandam arcam s, Græcè appellantur μοχλοὶ ἀναφορίς ἀρχῆς. Vel docet cur confiteri debeant Domino misericordiæ ejus, & mirabilia ejusdem opera hominibus exhibita, seu apud alios, quibus non sunt exhibita: Vel hoc ipsum tradit argumentum, quod ad Dei laudem pronuntiari debeat. Descriptio autem hæc idem valet, ac *tenebræ, umbra mortis, vincula, ferrum, mendicitas*, id est carceris, & captivitatis incommoda omnia. Dura & gravis necessitas *ferrea* cognominatur, sicut fornax, de qua populum Dominus tulit r. Eodem tropo appellatur *jugum ferreum* u, & *cervix pervicax, nervus ferreus* x. Isti vero similis apud Etaiam y, sententia de Cyro, quem typum Christi gessisse volunt. *Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, ubi subjiciam ante faciem ejus gentes, & dorsum regum vertam, & aperiam coram eo januas & porta non claudentur. Ego ante te vectes ferreos confringam*. Utrumque de Christo locum explanat multi. Retuli prius ex Græcis Nyssenum, Chrysost. Euthymium, Nicephorum sic præsentem declaravisse. Idiplum apertius idem Chrysostomus tradit in ea oratione quam habuit in Cæmeterii appellationem, & in Cruceem Christi z, simul tractans a alium locum Esaiæ. Ait ipso paraseeves die Christum omni inferorum loca circuivisse (limbi loca intelligit, aut opinatur cum quibusdam etiam de aliis subterraneis locis) *portas æreas contrivisse, vectesque ferreos confregisse*, non tantum aperuisse, ut inutilis deinceps carcer ille fieret, nec si quis in eum ingrederetur, ibi teneretur (non potest id intelligi de inferno damnatorum) alios Reges, quum vinctos dimittere volunt missis epistolis, tam fores, quam custodes relinquere ut ostendat eo denuò ingrediendum esse, vel illis, qui jam liberi abierunt, vel loco eorum aliis; Christum demonstrare volentem quod mors jam ad finem metamque pervenerat, *areas ejus portas confregisse*: has *portas* ita nominari, non quia ex ære fabrefactæ sint, sed ut exprimatur immitem esse, ac inexorabilem mortis necessitatem, ad eum modum, quo imprudentis, pertinacis, immitis, implacabilis [ut ipse quoque prius memini] cervix vocatur *nervus ferreus*, & *frons ærea*b: *thesauros absconditos*, quos apud eumdem Esaiam c pollicetur Deus, caliginosissimum inferni locum: quem Sol justitiæ illustravit præsentia sua, & ex inferno cœlum fecit (hoc justorum soli limbo convenit) quia ubi Christus (exhibens videndum se) ibi & cœlum: *thesauros* appellari dictum locum, quia tota hominum natura, quæ gaza quædam Dei est, ab eo qui præmium hominem in fraudem impulit, spoliata, mortique subjecta est à Christo autem, postquam prædonem illum ligavit, translata est in ærariа regia, seu *in regnum dilectionis suæ*; d non erubuisse Christum per seipsum descendere in distu carcerem, custodiam ejus desertam facere, custodem in vincula conjicere, captivumque ducere, quando & mors abjectis armis nuda ad Christi pedes cucurrit. Hæc omnia ex Chrysost. quæ justi commentarii vice esse possunt, ad hunc, & Esaiæ locum alium. Doctor Angelicus e *clavem David*, de qua scribitur in Apocalypsi f, docet intelligi de clausione, qua Christus limbum claust g ne quis ultra illuc deseendat, & de apertione, qua paradisum aperuit. Sic autem ipsu smet paradisi portæ dici possent *areæ*, & *vectes ferrei* prius fuisse. Idemmet Aquinas g Ps. nostri præsentem locum illo modo exponit: & cum Aug. h hunc refert verba Ps. 23. *attollite portas Principes vestras, & elevamini porta æternales*. Ubi & nos citavimus alios. Eadem mens Ambros. k. Ad hæc eadem alludunt loca Psalmi, & Esaiæ de descensu Christi differentes ad inferos, Epiphanius l, & August. præterea

Expositio mystica.

Varii hujus loci sensus.

Certissima vis evadendi pericula Deus.

Animus lætus facile labitur.

Quis Deum exacerbare, & quis propie irritare dicatur.

a Ps. 48. 8.
b Rom. 23
c Ps. 93. 22.
* Esth. 14. 3.
d Ps. 87. 5.
e Ps. 22. 12.
f Eccli. 51. 10 11 12.
g Job. 6. 12.
h 3. Reg. 18. 26.
i Ecc. 57. 10.
k Ps. 141. 8.
l Ps. 107. 7.
m Ps. 145. 7.
n Rom. 7. 24
o 2 d. 22. 9. 1 * 12. quæst. unic. ad 1.
p Prov. 1. 26
q 1. Reg. 12. 20
r Deut. 4. 10 3. Reg. 8. 51. Jer. 11. 4.
s Deut. 28. 48. Eccles. 28. 24. Jer. 28. 14.
t Deut. 4. 10 3. Reg. 8. 51. Jer. 11. 4.
u Deut. 28. 48. Eccles. 28. 24. Jer. 28. 14.
x Esa. 48. 4. Ye. 45. 1. 2
y Esa. 45. 1. 2
z apud Gregor. in tom. 2. de evangelio. 152 & idem Chrys. tom. 5. serm. quod Christus sit Deus & ora. 8. de assensu aid facit in diffin. ora. de cæmet. &c.
a Esa. 28. 19
b Eccli. 33. 27
c Ps. 32. 14
d Col. 1. 13.
e Suppl. 3. 3. qu. 17. 3. 4. ad 2.
f Apoc. 3. 7.
g 3. 3. q. 52. 2 4. ad 2.
h Ser. 137. de temp.
i Ver. 7.
k de mysterio Paschæ cap. 4.
l Orat. de sepult. Christi m Serm. 131. de temp.

lem, ac planè infirmam esse deprehenderunt. Quod mysticè ad casum, & infirmitatem humani generis referitur, cui opitulari solus poterat Deus *non frater*, vel *homo quispiam* alius a, non Angelus, ullave creatura. *Peccaverunt omnes, & egent gloria* b *Dei*. De necessitate autem adjutorii divini non solum ad salutem, sed alia omnia, egimus hinc inde sæpius, tum Ps. lexagesimi nono versu primo; *Deus in adjutorium meum intende*, &c. Et peculiare *adjutorium Dei*; tribulationis *spei*c. Deum deprecans Esther, dicebat ei; *Domine* * *mi, qui Rex noster es solus, adjuva me solitariam, & cujus præter te nullus est auxiliator alius*. Magna mendacitate vinctus est, qui opis indignis, & adjutorii, adjutorem, & opitulatorem reperiat neminem. Sic Esther. inducit loquentem Gorionides. (Ego sola hic habito: ola ergo in domo regis absque patre, & absque matre sum. Sicut pupilla paupercula, quæ ostiatim mendicat; ita ego peto, seu mendico miserationes tuas fenestratim, sive ex una fenestra vadens ad aliam.) Etenim precaturi superiora captabant loca, fenestraique, unde suspicerent in cœlum. Christus unicus adjutor noster, *factus est homo* propter nos *sine adjutorio*: d & veluti deplorabat *non fuisse qui ipsum adjuvaret*e. Imitemur dicentem f, *circumdederunt me undique, & non erat qui adjuvaret. Respiciens eram ad adjutorium hominum, & non erat. Memoratus sum misericordia tua, Domine, & operationes tuæ, quæ à sæculo sunt; quoniam eruis suffinentes te Domine, & liberas eos de manibus gentium*. Scientes quod *non est auxilium nobis in nobis, & necessarii quoque nostri recesserunt à nobis*g, clamemus ad verum Deum, non Baal (aliumve falsum Deum) quod *à mane usque ad meridiem* flagitantes adjutorium ejus frustra fecerint superstitiosi sacrificuli h.

Et clamaverunt ad Dominum quum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberavit eos.) Hic jam secundo versus repetitur prius sexto loco recitatus, ac postea bis adhuc, propter caussam antea etiam assignatam. Certe in omni genere periculorum evadendi modus non alius, quam ad Deum clamare, cumque pœnitentiæ luctu eum invocare. Pro יצלים *jatsilem*, & ῥύσασθαι, & *eripuit*, legitur יושיעם *joschibbem*, ἔσωσεν, *liberavit*, quod Hier. magis proprie transtulit, *salvavit*. Ibi præterea idem Doctor in membro secundo *afflictionem* numero singulari reddiderat; nunc *angustias* pluraliter quamvis Hebr. nomen sit idem pluralis numeri מצקות *metsukoth*. Clamaverunt ait Arnobius, non quum epularentur, sed quum tribularentur: ipsi enim sibi imponunt tribulationis jugum, ne forte dum præterita facta ad indulgentiam pervenire postulant, incurrant præsentia. Lætus enim animus facile lapsum incurrit, quod tristi, & afflicto difficile evenit. *Viram manus tuæ invenisti*, ait Etaias i, *propterea non rogasti*.

Et eduxit eos de tenebris, & umbra mortis, & vincula eorum disrupit. (Hi dicebantur versu 10. *sedentes in tenebris, & umbra mortis, vinctis in mendacitate, & ferro*. Eraudivit inde clamantes Deus, deque necessitatibus tantis eduxit, eripuit, liberavit, salvavit, hoc est, de carcere, vinculis, & quæ his connexa sæpius est, inopia, penuriaque victus, & aliarum rerum necessariarum. Hæc vita tota nil aliud nisi ergastulum, carcer, custodia, vinculum, sepulchrum animæ est intra σῶμα corpus quasi σῆμα & quia σῶζε servat custodit que illam. *Eduxit vinctos in fortitudine* l, *& solvit compeditos* m. Apostolus infelicitatem suam deplorans, *liberari* cupiebat de *corpore mortis hujus* n. Nisi liberemur à vinculis peccati, & pœnæ, non nectemur perfectè vinculo beatæ charitatis. Aquinas o interpretatur etiam de Patribus ex limbi tenebris liberatis. *

Confiteantur Domino misericordiæ ejus, & mirabilia ejus filiis hominum.) Et hic intercalaris versus jam secundo repetitur, idem cum superiore 8. Is quem vocant Hier. spectare vult hanc repetitionem, & alterius versus ad humanum genus, quod post originale peccatum adhuc defecit, iteratque vice non observavit legem traditam per Moysen, sed & de hac necessitate illud eripit Deus. At necessitas illius legis non attingit humanum genus universum, sed Hebr. solam gentem. Non esse Hieronym. commentarii qui circumfertur sub illius nomine in Psalmos auctorem præter ea quæ subinde sæpius attuli, suadet, quod quæ citantur in Epistola Gansredi monachi in tomo 12. Baronii, ex Breviario, seu commentario Psalmorum Hieron. ad ea verba Ps. 98. *adorare scabellum pedum ejus*, non extant in iis commentariis quæ nunc habemus.

Quia contrivit portas æreas, & vectes ferreos confregit.) Vectes instrumenta sunt, quibus ostia clausa muniuntur adversum vim: aut pali ad onera promovenda; aut quibus onera gestantur humeris duorum, pluriumve. Prima notio proposito convenit. Similis vectium usus apud Poetam q.

Centum ærei claudunt vectes, æternaque ferri.
Robora.

Et in historia Regum r fit mentio *sexaginta civitatum magnarum, atque muratarum, quæ habebant seras æreas, seu vectes*. Ultima congruit vectibus de lignis setim ad comportandam arcam s, Græcè appellantur μοχλοὶ ἀναφορίς ἀρχῆς. Vel docet cur confiteri debeant Domino misericordiæ ejus, & mirabilia ejusdem opera hominibus exhibita, seu apud alios, quibus non sunt exhibita: Vel hoc ipsum tradit argumentum, quod ad Dei laudem pronuntiari debeat. Descriptio autem hæc idem valet, ac *tenebræ, umbra mortis, vincula, ferrum, mendicitas*, id est carceris, & captivitatis incommoda omnia. Dura & gravis necessitas *ferrea* cognominatur, sicut fornax, de qua populum Dominus tulit r. Eodem tropo appellatur *jugum ferreum* u, & *cervix pervicax, nervus ferreus* x. Isti vero similis apud Etaiam y, sententia de Cyro, quem typum Christi gessisse volunt. *Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, ubi subjiciam ante faciem ejus gentes, & dorsum regum vertam, & aperiam coram eo januas & porta non claudentur. Ego ante te vectes ferreos confringam*. Utrumque de Christo locum explanat multi. Retuli prius ex Græcis Nyssenum, Chrysost. Euthymium, Nicephorum sic præsentem declaravisse. Idiplum apertius idem Chrysostomus tradit in ea oratione quam habuit in Cæmeterii appellationem, & in Cruceem Christi z, simul tractans a alium locum Esaiæ. Ait ipso paraseeves die Christum omni inferorum loca circuivisse (limbi loca intelligit, aut opinatur cum quibusdam etiam de aliis subterraneis locis) *portas æreas contrivisse, vectesque ferreos confregisse*, non tantum aperuisse, ut inutilis deinceps carcer ille fieret, nec si quis in eum ingrederetur, ibi teneretur (non potest id intelligi de inferno damnatorum) alios Reges, quum vinctos dimittere volunt missis epistolis, tam fores, quam custodes relinquere ut ostendat eo denuò ingrediendum esse, vel illis, qui jam liberi abierunt, vel loco eorum aliis; Christum demonstrare volentem quod mors jam ad finem metamque pervenerat, *areas ejus portas confregisse*: has *portas* ita nominari, non quia ex ære fabrefactæ sint, sed ut exprimatur immitem esse, ac inexorabilem mortis necessitatem, ad eum modum, quo imprudentis, pertinacis, immitis, implacabilis [ut ipse quoque prius memini] cervix vocatur *nervus ferreus*, & *frons ærea*b: *thesauros absconditos*, quos apud eumdem Esaiam c pollicetur Deus, caliginosissimum inferni locum: quem Sol justitiæ illustravit præsentia sua, & ex inferno cœlum fecit (hoc justorum soli limbo convenit) quia ubi Christus (exhibens videndum se) ibi & cœlum: *thesauros* appellari dictum locum, quia tota hominum natura, quæ gaza quædam Dei est, ab eo qui præmium hominem in fraudem impulit, spoliata, mortique subjecta est à Christo autem, postquam prædonem illum ligavit, translata est in ærariа regia, seu *in regnum dilectionis suæ*; d non erubuisse Christum per seipsum descendere in distu carcerem, custodiam ejus desertam facere, custodem in vincula conjicere, captivumque ducere, quando & mors abjectis armis nuda ad Christi pedes cucurrit. Hæc omnia ex Chrysost. quæ justi commentarii vice esse possunt, ad hunc, & Esaiæ locum alium. Doctor Angelicus e *clavem David*, de qua scribitur in Apocalypsi f, docet intelligi de clausione, qua Christus limbum claust g ne quis ultra illuc deseendat, & de apertione, qua paradisum aperuit. Sic autem ipsu smet paradisi portæ dici possent *areæ*, & *vectes ferrei* prius fuisse. Idemmet Aquinas g Ps. nostri præsentem locum illo modo exponit: & cum Aug. h hunc refert verba Ps. 23. *attollite portas Principes vestras, & elevamini porta æternales*. Ubi & nos citavimus alios. Eadem mens Ambros. k. Ad hæc eadem alludunt loca Psalmi, & Esaiæ de descensu Christi differentes ad inferos, Epiphanius l, & August. præterea